




26

John Adams  
Library.



IN THE CUSTODY OF THE  
BOSTON PUBLIC LIBRARY.




SHELF N<sup>o</sup>





ADAMS

152.18





Nicholas Trott  1689.




ADJUTIO

*Societatis Iesu,*

S. R. E. CARDINALIS,

institutiones linguæ Hebraicæ,  
postremò recognitæ, ac  
locupletatæ.




APUD FRANCISCVM FABRVM

M. DC. XIX.

cessaria, tum magis difficilia et  
se, quam ut à tyronibus initio  
legi oporteat: quæ tamen, cæteris  
antea perlectis, sine  
labore ullo intelli-  
gentur.







# INDEX CAPITVM PAR-

tis primæ, quæ est de ratione  
legendi & scribendi.

35

de literis consonantibus. Cap. I. pag. I.

de punctis, quæ locum obtinent vocalium.

2. II

de semipunctis, id est, de sceua, & punctis  
raptis. 3. 20

de daghes, & raphe. 4. 26

de literis quiescentibus, & mappic. 5. 31

de accentibus. 6. 35

Partis secundæ, quæ est de Nomine.

de ijs, quæ nomini generaliter accidunt.

Cap. I. pag. 48

de variis nominum formis. 2. 55

de nominibus numeralibus. 3. 65

de pronomine. 4. 69

Partis













INSTITVTIO  
NVM LINGVÆ  
HEBRAICAE

*fars prima.*



CAPVT I.

*De Literis.*



LITERAE Hebræorum,  
quas ipsi nunim Othi-  
joth appellant, omnes  
sunt consonantes. Ea-  
rum numerum & or-  
dinem, qui ex Threnis Hieremiæ,  
alisq; similibus Alphabeticis libris  
colligitur, necnon figuras, nomina,  
& ipsorum nominum significatio-  
nem, denique potestatem siue so-  
num ipsarum, & quorum numero-  
rum notæ sint, subiecta tabella indi-  
cabit:

A Num.

Num.	Figur.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
1	א	aspiratio lenissima.	Aleph אלף	Quasi אלף Alluph, id est, princeps, quòd sit principium Alphabeti.
2	ב	B, Græcū, sive, v. cō- sonans.	Beth בית	Domus, quòd figura sua do- mum imitetur: summa enim li- nea tectum, in- fima pavimen- tum, media pa- riete, vacuitas è regione por- tam refert.
3	ג	gh	Gimel גימל	Quasi גמל gam- mal, id est, ca- melus, propter gibbum, quem in dorso gerit.
4	ד	dh	Daleth דלת	Quasi דלת de- leth, id est, por- ta.



Num.	Figur.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
				ta, quòd eam suis lineis ali- qua ex parte referat.
5	ה	h	He ה	A sono quem exprimit, no- men accepit.
6	ו	v, conso- nans.	Vau ו	Uncinus, q ejus similitu- dinem præ se ferat.
7	ז	z, Græcum.	Zajin ז	Quasi זין zen, id est, telum, quòd clava es- se videatur.
8	ח	ch, vel x Græcum.	Cheth ח	A sono pro- prio sic vocatur
9	ט		Teth ט	Item à sono.
10	י	i, consonās.	Jod י	Quasi יד jad, id est, spatium, quod propter suam

PARS I. CAP. I.

4

Num.	Figur.	Potestas	Nomen	Significatio.
20	כ ך	c ch ch	Caph כַּף	suam exiguitatem relinquit. A curuitate sic dicitur, nam כַּפַּף Caphaph, incuruare significat, & כַּף Caph, rem curuam, ut volam.
30	ל	l	Lamed לָמֶד	A מַלְמַד Malmad, id est, stimulo, seu veru, cuius similitudinem exhibet.
40	מ	m m	Mem מֶם	A sono, ut in aliis linguis.
50	נ	n	Num נּוּן	Item à sono.
60	ס	s	Samech סָמֶךְ	Quasi סָמוּךְ Samuch, id est, continuatū, & in se ductum, à סָמַךְ

סָמַךְ

DE LITERIS.

5

Num.	Figur.	Potestas	Nomen	Significatio.
70	ו	Aspiratio densissima.	Nghajin וין	וין continuauit. Oculus, quod ejus figuram imitetur.
80	פ	p ph ph	Pe פ	Os, seu vultus, à figura.
90	צ	ts ts	Tsade צ	Tenabulum, quod ei non dissimile videatur.
100	ק	q, vel-k	Coph ק	Vel à sono proprio sic dicitur, vel à circulo quē describit: nam קיף coph, circuire est.
200	ר	r	Rosc רוש	Quasi רש Rosc, id est, caput, quod aliqua ex parte illius figuram

Num.	Figur.	potestas.	Nomen.	Significatio.
300	שׁ שׂ	sc f vide Iud. c. 12. v. 6.	Scin שׂן	imitetur. Quasi שׂן Scin, id est, des, quod dentata sit li- tera.
400	ת	th, siue θ Græcum.	Tau ת	Signum, siue terminus: quod alphabetū ter- minet.

500 600 700 800 900 1000  
 ך ם ן ף ץ ם

Admonitio de nominibus literarum Hebraicarum.

**N**omina harum literarum vetustissima esse, atque ex his veluti fontibus quibusdam derivata esse nomina aliarum omnium literarum, veteres omnes docent, Hebraei, Græci, Latini. Vide Iosephum lib. 1. Antiquit. cap. 4. Eupolemun apud Clementem Alexandrinum lib. 1 Strom. Augustinum lib. 18. de Civitate

Dei, cap. 39. ac præcipuè Eusebium lib. 9. cap. 4. & lib. 10. capit. 2. de Præparatione Evangelica, qui ex eo demonstrat, primas omnium literarum Hebraicas fuisse, quòd solæ Hebraicæ literæ nomina habeant significatiua. Cur enim Græci literas suas vocent alpha, beta, gamma, delta, & Latini, a, b, c, d, & c. nullam rationem aliam reddere possumus, quàm quòd Hebræos imitati sint, qui literis suis nomina posuerunt, aleph, beth, gimel, daleth. Cur autem Hebræi literas suas ita vocauerint, rationem à propria significatione ductam reddit Eusebius loco notato: item Sanctus Hieronymus in epistol. ad Paulam Urbicam, & in Commentario ad Threnos Hieremie: nos quoque aliam ab illis non parum diuersam paulò ante reddidimus.

De potestate earumdem literarum.

PRÆter ea, quæ in Alphabero ipso annotauimus, sciendum quoque est, literas omnes Hebraicas in quinque diuisas esse classes, pro nu-

mero videlicet instrumentorum vocis. 1 Quædam enim dicuntur literæ gutturales, videlicet  $\gamma \text{ ח ה א}$ .

2 Aliæ dicuntur literæ labiales, videlicet,  $\text{ב ו מ פ}$ . 3 Aliæ dicuntur literæ palati, videlicet,  $\text{ג י כ ק}$ . 4 Aliæ dicuntur literæ linguæ, videlicet,  $\text{ד ט ל נ ת}$ . 5 Aliæ denique dicuntur literæ dentium, videlicet,  $\text{ז ס צ ר ש}$ .

Ex his notandæ potissimum quæ sunt gutturis & labiorum: gutturales præsertim, quarum & Aleph, in summo gutture, siue in ipso ore formatur, respondetq; spiritui leni Græcorum, ita vt nihil addat ad vocalem, cum qua syllabam necessariò efficit, nisi spiritum illum, qui minimum requiritur ad quamlibet vocem proferendam.  $\text{ה}$  He respondet spiritui denso Græcorum, & nostræ aspirationi h, formaturque in gutture, sed paulo inferius quam Aleph.  $\text{ח}$  Cheth est quasi duplex aspiratio densa, &

in

Litere gutturales diffi-  
culter pro-  
nunciatur.

in ipso nodo gutturis, hoc est, inferius quam He, formari debet. y Ngha- n, aspiratio est densissima (et si alij liter sentiant) fitq; dum spiritus na- ium ad iumēto in imo gutture quo- ammodo strāgulantur. Itaque pro- unciatio harum quatuor literarū à imo gutture ad imum vsq; quasi quibusdam gradibus descendit.

*De figuris seu characteribus li-  
terarum.*

**P**Rimum diligenter intuendæ sunt figuræ, & discrimen notā- lum similitum literarum, ne inter le- gendum vnam accipiamus pro alia. Sunt autem hæ lite- ט ע ס ט ה ד ג ב א  
æ similes: ש צ ס מ ז ח ר נ כ

2 Deinde sciendum est, quinque iteras dupliciter scribi, vi- צ פ נ ס כ  
delicet, ט ס י ק א  
quarum priores, id est, contractio- nes, scribuntur in principio, & in me- dio dictionis, posteriores autem,  
A 5 quæ

quæ etiam longiores sunt, scribuntur solùm in fine.

### Appendix.

*Inuenitur tamen extra ordinem Isa. 5.7. ם, in medio, in illa dictione, לְמַרְבֵּה מַרְבֵּה, ad multiplicationem & lib. 2. Esai. cap. 2, v. 13. ם in fine, in dictione הַם illi.*

3 Postremò sciendum est, Hebræis literis Alphabeti vti ad notas numerorum indicandas, vt in ipsa tabula literarum ostendimus. Porrò cæteros numeros, quos ibi non expressimus, ex aliorum compositione efficiunt: Siquidem ך significat 11, ךׁ 12. & sic de cæteris, nisi quòd pro scribunt ׁ, superstitione quadam ducti, quia ה est vnum ex nominibus Dei. Sic etiam post ך, quæ littera efficit 400, non semper ponunt teras illas finales, sed compositos numeros.

900	800	700	600	500
תקצ	תת	תש	תר	תק



## CAP. II.

*De Punctis, quæ Vocalium loco sunt  
apud Hebræos.*

**V**ETERES Hebræi, quod nullas haberent propriè vocales literas, utebantur interdum earum loco quatuor consonantibus, videlicet, א, Aleph, ה, He, ו, Vau, י, Iod. & quidem per Aleph, & ה, exprimebant a, & interdum aīas vocales: per Vau, o, & u: per Iod, & i.

## Appendix.

*Erat autem difficillimus harum vocalium vsus, tribus potissimùm de causis: primum enim eadem literæ interdum fugebantur munere suo, id est, consonantium, interdum alieno, id est, vocalium: nec facile diiudicari poterat quando vno officio, quando altero fungerentur. Deinde quum eadem litera diuersarum vocalium locum obtinere posset, vt jod, e, & i, vau, o, & u, quis facile diuineret, huiusne, an illius po-*

*rius*

tius locum obtineret. Accedebat postremo, quod saepe nulla harum quatuor litterarum expresse in vocibus Hebraicis habebatur, sed subintelligenda erat. Itaque magis usu loquentium, quam praeceptis, ratio legendi, vel pronunciandi, apud Hebraeos olim conservabatur: quod non obscure indicat B. Hieronibus in epist. 12 quae est ad Euagrium.

Posteriores Hebraei, tum ad minuendam difficultatem, tum etiam ne paulatim scientia linguae Hebraeae penitus interiret, quae ipsi traditione majorum, & usu, didicerant, et artem reuocare conati sunt, certi quibusdam excogitatis punctis, quibus ubique locum Vocalium obtinerent.

### Appendix.

Punctorum  
usus quando  
apud Hebr.  
coepit.

Quamquam non est omnino exploratum, quo primum tempore ejusmodi puncta literis Hebraicis addita fuerint: atque adeo nonnulli contendunt, Biblia ab ipso Moysse, aut certe ab alio quopiam praestari diuin.

ina legis Doctore ante Christi aduen-  
n punctis fuisse, accentibusq; distincta:  
nen probabilis est sententia Helia Le-  
e Germani, qui in Praefatione Mas-  
eth affirmat, id factum esse apud Tibe-  
dem Palestinae anno 436. ab euersione  
npli, id est, anno salutis nostrae 476.

Sunt igitur puncta decem, quae à  
rannaticis dicuntur nipy necod-  
ot, vel niyym thenunghoth, pro lon-  
s Vocalibus quinque, & quinque  
o breuibus: quorum characteres,  
restatem, nomina, & significatio-  
es, subiecta tabella indicabit. Alia e-  
ni tria sunt praeterea puncta breuif-  
na, siue semipuncta, de quibus in  
quenti capite.

*Tabula punctorum vocalium.*

Fig.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
	a, longum	camets	Dicitur a verbo
		VDP.	VDP. Camats, quod est colligere, quia col- lecto

Figur.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
			lecto ore obscure pronun- ciatur, sono quo- dam medio inter a & o.
	a, breue	Patach פֶּתַח	Dicitur à verb פתח Patach, quo- est aperire, quia a- perto ore clarissim pronunciatur, plan vt a, Latinum.
	e, longum	Ifere צִירִי	A verbo צור צור quod est coarctare quia proferri debet obscure, vt e Italic in vocibus, pena, & penna.
	e, breue	Segol סֶגוֹל	A nomine Cal- deo סגול Segulla quod botrum signifi- cat, quia eius for- mam imitari vide- tur: profertur autem

gu.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
			clare, ut e, Latinum in voce penna.
i.	i, longum	Chiric gadol חיריק גדול	Chiric magnum, à sono quem edii, no- men accepisse vide- tur.
	i, breue	Chiric ca- ton חיריק קטון	Chiric paruum, similiter à sono no- men accepit.
i	o, longum	Cholem חולם	A sono, quem ef- ficit priore syllaba, nomen habet.
	o, breue	Camets Chateph קמץ חטף Sciurec	Camets raptum, nam חתף chataph rapere significat. A sono quem edit priore syllaba: pro- fertur autem ut u
	u, longum	שורק	magnum Italicum & Germanicum.
	u, breue	Kibbats קבץ	A verbo קבץ ka- bats, quod est cōgre- gare

*gare: quia labiis collectis effertur, vt u Gallicum.*

*Quo pacto literæ cum punctis syllabam efficiant, subjecta exempla docebunt.*

va	va	ve	ve	vi	vi	vo	vo	vu	v	
ב	ב	ב	ב	בִּי	ב	בו	ב	בִּו	ב	
da	da	de	de	di	di	do	do	do	du	d
ד	ד	ד	ד	דִּי	ד	דו	ד	דִּו	ד	
ha	ha	he	he	hi	hi	ho	ho	ho	hu	h
ה	ה	ה	ה	הִי	ה	הו	ה	הִו	ה	

### Observationes.

1 **O**Mnia puncta subscribuntur literis consonantibus, exceptis Chiric magno Cholē, & Schiurec, quæ ad latus, vel supra, scribi debent.

2 Cholem dupliciter notatur, vñ modo cum litera Vau, quæ nequ hîc, neque in Schiurec pronuncietur, vt infrà dicetur. Altero modo sine Vau: & tunc punctum notatur supra consonantem, cum qua facit syllabam non in medio, sed ad latus  
fin

sinistrum hoc modo, הַרְהוּ, vt distinguatur ab accentu Reuiang, de quo infra dicemus.

### Appendix.

Atque hinc fit, vt compendij causa vnum atque idem punctum dextrum literæ non tantum sonet sc, sed etiam sæpè pro holem proximè precedentis literis sumatur מֹשֶׁה, Mosce, Moyses, pro מֹשֶׁה, מֹשֶׁה, pro מֹשֶׁה, Moscev, sedens.

3 Camets chateph, quod & camets chatuph, seu chateph camets, appellatur, hoc est camets raptum, æpissimè scribitur sine illis duobus punctis additis ad Camets, ita vt figura non distinguatur à Camets longa vocali. Vt ergo possit intelligi, quando eiusmodi punctum sit Camets, & quando Camets chatuph, hæc regulæ obseruandæ sunt. Prima, si nullum habeat accentum rhetorium, & mox sequatur Sceua, aut Dages, non est Camets, sed Camets

B chat

chatuph, vt חכמה chochma, *sapientia*, non chachma, בלו collu. *finitæ sunt*, non callu, Accentus tamen rhetoricus sæpè intelligendus est, quamuis non exprimatur. Secunda, si sequatur accentus Maccaph, & proximè non præcedat א aut ה, illud est Camets chatuph, vt לֹא-אֶרְבָּא colerets, *omnis terra non calerets.*

### Appendix.

Tertia, in finibus verborum, siquidem accentus præcedat, est etiam Camets chatuph, vt וַיַּיָּאֶמֶר vaijacom, & surrexit, non vaijacam.

### Appendix.

Aliàs semper est camets. Porrò quid sit accentus rhetoricus, quid scena, daghes, & machaph, paulò infrà suis locis dicitur: quia tamen interdum euphonia causa excidit daghes ex litera, quæ proximè sequitur post camets chatuph, ita vt putari possit camets longum id, quod re vera est camets chatuph: idcirco tunc, etiam in libris correcti



rectissimis, scribitur camets charuph cum duobus punctis expresse additis ad dexteram ipsius camets, hoc modo, .

4 Obserua in pronunciatione literarum cum suis punctis, prius sonare & audiri debere literã, quàm punctum literæ subiectum: non enim dicimus *א* *א*, sed *א*: excipiuntur tamẽ duæ literæ gutturales, *ח*, & *ע*, quando in fine dictionis existentes sub se habent Patach: tunc enim prius proferri debet punctum, quàm litera. Itaqu; dicemus *ע* *יהוה* Iehoschiuangh, non Iehoschiungha *ח* *משח* Maschiach, non Maschicha.

Litera in pronunciatione prius sonat quàm punctum subiectum:

Obseruanda singularis pronunciatio literarum *ח* & *ע*.

### Appendix.

Hujus exceptionis ratio est, quia eiusmodi patach non est de essentia illorum nominum, neque additur ad syllabas multiplicandas, sed solum ut litera illa ex gutture pronunciarı possint, siquidem integrã nomina sunt, in exemplis allatis, *ע* *יהוה* *ח* *משח*: experientia autem docet, non posse

in his nominibus ex gutture pronunciari ultimas literas. Quod item accidit in omnibus similibus, ubi hæc literæ-ultimum locum occupant, nisi præcedat camets, aut patach. Quotiescunque igitur istas literas in fine dictionis existentes, non præcessit camets, aut patach, necessario additur patach sub istis literis, ut rite proferri possint: quod idcirco dici solet patach suffuratum, seu patach necessitatis.

Patach suffuratum.

π, quū punctum in ventre habet quomodo pronūcietur

5 Quod autem diximus de literis π, & υ, habet etiam locum in litera π, quando punctum habet in ventre, ut patet in isto nomine πη, Deus: dicimus enim eloah, non eloha.

### CAPVT III.

#### De Semipunctis.



Ræter illa decem puncta, quæ locum obtinent vocalium tum longarum, tum breuium, sunt alia tria puncta, quæ breuissimarum vocalium vices ge-

Punctaria, quæ vices gerunt breuissimarum vocalium.

rant:

rant: nimirum sceua, chateph patach, & chateph segol, de quibus ordine dicemus.

2 Sceua, Hebræis שׁוּׁׁ vel שׁוּׁׁ, constituitur ex duobus punctulis vno super aliud perpendiculariter posito, hoc modo, ׁ, quod quidem interdum quiescit, interdum sonat. Quando quiescit, nullum sonum exhibet Sceua quiescens. auribus, neque syllabam constituit, sed potius trahit literam sibi impostam ad præcedentem, vt cum ea syllabam componat, vt quum dicimus הָלַךְ *halach, ambulauit.* Quando sonat, Sceua sonans. idem valet quod e, breuissimum, & syllabam constituit cum sua litera consonante more aliarum vocalium, vt quum dicimus דְּבַר *devar, verbum.*

### Adnotatio.

*Et hinc fortasse nomen accepit: vide* Sceua vnde dicatur. *tur enim שׁוּׁׁ dici à verbo שׁוּׁׁ, quod est redire, quia literam suam ad præceden-*

tem trahit, & quodammodo redire facit. Atque hinc fit, vt omnis litera in fine dictionis, exceptis quiescentibus, quæ sunt אהוי, si nullum habeat punctum, censeatur habere sceua, licet non inueniatur expressum, nisi sub literis ב ג ד כ פ ת quando habent daghes lene, quod tum demum apparet, quum aliquid additur, vt פקדו visitaui, פקדתו visitasti. Reperitur præterea sceua finale sub litera ג, licet non habeat daghes lene, atque in tribus aliis dictionibus, וישׁ declinet, Prouerb. cap. 7. קשׁו veritas, Prouerb. 22. וישׁק potum dedit, Genes. 29.

3 Ad internoscendum autem quando sceua sonet, & quando quiescat, hæ regulæ seruandæ sunt. Prima, sceua in initio dictionis semper pronuntiatur, vt למוד lemod, disce, non lmod. Secunda, in fine dictionis nunquam pronuntiatur, vt וישׁת vajesht, & bibit, & non vajeshte. Tertia, in medio dictionis pronuntiatur solum sub

sub litera geminata, ut הָלְלוּ *halelu*,  
*audate*, non *hallu*, רִבְבוּן *rivevon*, *decem*  
*millia*, non *rivvon*: sub litera quæ ha-  
 bet punctum in ventre, ut לִמְדוּ *lim-*  
*nedu*, *docuerunt*, non *limndu*: post alte-  
 rum sceua, ut יִלְמְדוּ *jilmedu*, *discent*, non  
*ilmdu*: denique post vocalem lon-  
 gam carentem accentu Gramma-  
 tico, ut לַמְדָּה *lameda*, *didicit*, non *lam-*  
*la*. In לֵ enim est accentus Rhetori-  
 cus.

¶ prima Exceptio.

Quando duo sceuaim sunt in fine, v-  
 rumque quiescit, etiam si primum si post Duo Sceuai  
 in fine di-  
 ctionis quie-  
 scunt.  
 ngam vocalem, & secundum sit post al-  
 terum sceua, vel sub litera habente pun-  
 ctum in ventre, ut יֵשֶׁת *jest*, *bibet*, non *jesthe*,  
 יֵבֶח *jevch*, *flebit*, non *jevch*. Quamquam  
 nonnulli negant, præsertim si vltima li-  
 tera sit affecta puncto daghes: tunc enim  
 vltimum sceua pronunciandum putant, ut  
 יֵשֶׁת *jesthe*.

## Secunda exceptio.

Sceua post  
vocalē lon-  
gā quando  
quiescit.

Quando vocalis longa notata est accen-  
tu Grammatico, sceua sequens quiescit, vt  
למודנה lemodna, discite, non lemodena, vel  
quando vocalis longa eo loco habetur pro  
breui, vt וו coniunctio quum ponitur pro  
ve, ne duo sceuaim concurrant initio: tunc  
enim sceua sequens quiescit, vt ונרפמה ונ-  
romemah, & exaltemus, non ונרומe-  
mah, vt infra in 4. par. c. 2. fusius dicetur.

## Appendix.

Regula ser-  
uandavt per  
fectè pronū-  
cietur Sceua

Observandum verò est, ad perfectam  
pronunciationem semipuncti sceua, quum  
post sceua sequitur litera gutturalis, ipsum  
sceua, quorundam sententia, debere pro-  
ferri ferè ad eum modum, quo profertur  
punctum subiectum literæ gutturali, & si  
adsit accentus, qui dicitur gahaia, profe-  
rendum planè eo modo, quo profertur pun-  
ctum literæ gutturalis: dicimus enim ותי תי-  
chi, viuet, non techi. Idem dicendum est  
de sceua precedente jod sine chiric: vergi  
enim tunc sceua ad sonum chiric, & si ad  
si

gahaja, sonat planè vt chiric, vt בִּיר *bi-*  
*id*, in manu, non bejad. Quanquam alij  
 probabiliùs fortasse aliter sentiunt, & sem-  
 er sceua mobile, vt e, pronunciandum esse  
 intendunt.

4. Hæc de Sceua simplici: nūc de <sup>Sceua com-</sup>  
 composito, siue de punctis raptis, di- <sup>positum.</sup>  
 amus. Chateph patach est punctum  
 compositum ex sceua, & patach, hoc  
 modo, *⋈*, & sonat a breuissimum.  
 Chateph segol est pūctum compo-  
 situm ex sceua & segol, hoc modo *⋈*:  
 & sonat e breuissimum.

Adnotationes.


1 Utrumque sceua compositum præci- <sup>Pūcta rapta</sup>  
 què literis gutturalibus *⋈* *⋈* *⋈* *⋈* pro sceua <sup>quorsum in-</sup>  
 simplici subijcitur: & quidem frequentius <sup>uenit.</sup>  
 chateph patach, quàm chateph segol.

2 Immo verò chateph patach sub aliis  
 quoque literis præter gutturales inuenitur  
 interdum, vt בִּרְכוּ *beracu*, benedixerunt,  
 גִּלְלוּ *ghillalu*, reuoluerunt, צַלְלוּ *tsalalu*, de-  
 nersi sunt. *Exod.* 15.

3 *Quatuor tamen causæ dicuntur, cur etiam Sceua simplex gutturalibus subijci queat. Prima, si præcedat accentus Grammaticus, שְׁלַחְנוּ śchialachnu, misimus. Secūda, si præcedat chiric sub litera seruili, יהיה jihjeh, erit, תִּחְיֶה tichjeh, vives. Tertia, si sequitur daghes, יַחְפוֹץ iachpots, volet, נִאֲדָר nedar, magnificus. Quarta, si sequatur litera capax solius daghes fortis, sed eo non affecta, מַעְיָן manghian, fons, יַחְסַר jechsar, deficient. Sed hæc facilius usu discuntur.*

## C A P. I I I I.

*De Daghes, & Raphe.*

 Vper sunt adhuc alia duo puncta, quæ etsi vocalium literarum munere nequam funguntur, suo modo tamen pronunciationē non parū inuuant. Ea sunt דָּגֶשׁ Daghes, & רֶפֶה Raphe.

Daghes ḡd  
r. Daghes est punctum in medio literæ impressum, cujus officium est

vim



im quandam addere ipsi literæ. Est  
 amen duplex Daghes, lenis, & forte. Daghes du-  
 plex.  
 ene roborat literam: Forte dupli-  
 cat. Exemplum lenis בית *beth*, *domus*,  
 non *veth*. Exemplum fortis דִּבֵּר *dib-*  
*er*, *loquutus est*, non *diber*. Porro Da-  
 ghes forte inueniri potest in omni- Daghesfor-  
 te in quib.  
 sit literis.  
 us literis, exceptis gutturalibus ה א  
 ח, & ג.

### Appendix.

1 Quamquam etiam aliquando Aleph  
 & Resc ג, sed rarissimè, daghes reci-  
 iunt. vide Genes. 43. 23. 1. Esdr. 8, 18. Le-  
 uit. 23. 17. Iob 33, 20, & 1. Reg. 1. 6. 1. Reg.  
 10. 24. 4. Reg. 6. 22. Prou. 10. 14. Prou. 15.  
 Cant. 5. 2. Psalm. 52. 5. Hierem. 39, 12.  
 Iabac. 3. 13. Ezech. 16. 4.

2 Ratio verò cur infigatur daghes forte  
 in literis multiplex est. Primum infigitur Causæ in-  
 scribēdi Da-  
 ghes forte  
 in literis.  
 ad supplendum defectum literæ Nun in  
 conjugatione Niphingal, in defectiuis pe-  
 un, in נתן *nathan*, in prepositione וּ *min*.

secundò, ad supplendum defectum literæ

*geminatæ in verbis duplicatibus y nghajn, & ad supplendum defectum literæ ך in verbis, quæ habent tertiam radicalem ך, & quando in hihpael ך & ם conueniunt. Tertio, ad ostendendum coniugationis grauitatem in Piel, Pual, & Hihpael. Quarto, post ך demonstratiuum, & ך uersiuum, nisi sequatur litera sceuata. Quinto, sed raro solius euphoniae causa.*

Daghes lene in quibus reperitur literis.

Regula de daghes:

2 Daghes lene non reperitur nisi in sex literis, quæ duabus hisce uocibus continentur בָּוּר בָּתָּה, quia tamen etiam hæ literæ daghes forte habere possunt, ideo ut sciamus, utrum daghes in his literis infixum, sit forte, uel lene, hæc regula notanda est. Initio dictionis nunquam esse potest, nisi daghes lene, & similiter in medio, & fine, post sceua quiescens. Itaque in hac dictione תִּזְכּוּר *tizcor, recordaberis*, utrumque daghes est lene; in hac uero דִּבַּרְתָּ *dibbarta, loquutus es*, primum est lene, secundum

orte, tertium lenæ.

3 Raphe Hebraicè רפה, id est, lenæ, est virgula quædam literæ superscripta hoc modo רַ, quæ linea significat iteram esse molliùs pronunciantã, quàm si haberet daghes. Itaque literæ כפה כּפּ cum daghes leni pronunciantur leniùs, vt latinæ literæ b, g, d, p, t. Si verò habeant raphe, כּפּה כּפּה pronunciantur asperiùs, à vt v consonans, à, vt gh, ר, vt dh, à, vt ch, vt quorundam sententia nihil à litera ר differre pronuncians videatur, à, vt ph, siue ϕ Græcorum, à denique vt θ Græcorum, siue th.

4 In plerisque tamen libris raphe non exprimitur, sed semper subintelligitur, vbi nullum est daghes.

### Appendix.

*Quòd verò ad orthographiam attinet, Quæ sint p̄a  
vbi sit ponendum daghes, & vbi raphe, etorum Da-  
hæ regula seruanda sunt. ghes & Ra-  
phe loca.*

I In initio dictionis semper est raphe, præ-  
terq

terquam in literis כפת, qua daghes habent, nisi litera precedens fuerit una ex quiescentibus, quae sunt אהוי, quamquam etiam his precedentibus quattuor locis habent daghes. Primum si litera quiescens non quiescat eo loco, ut שפתי תפתח: deinde si habeat accentum distinctivum, ut לבנה לונה כוכב. Tum si dictio, qua incipit ab una ex literis כפת begad chephath, sit monosyllaba, aut habeat accentum in penultima, ut זבחתה פסח sacrificasti Palcha. Postremo si maccaph conjungit ה dictionis monosyllaba cum dictione incipiente ab una ex literis כפת, ut מה בצע quae cupiditas? aut contra, si dictionem hujusmodi monosyllabam precedat dictio desinens in ה cum maccaph, ו יצפה בי sperabit in me.

2 In medio & fine dictionis post longam vocalem semper est raphé, nisi notetur accentu: tunc enim daghes esse potest, ut מה! cur: ex quo apparet sciurec interdum prae parua vocali haberi, quum admittat posse

*se daghes, ut חובה.*


3 *In medio, & fine, post vocalem breuiem semper est daghes, aut sceua silens, nisi notetur accentu: nam in שבת habitare, illud ב propter accentum nō habet daghes, aut nisi sit camets chateph, præsertim deductum ex cholem, ut קרשים.*

4 *In medio, & in fine post sceua mobile, & puncta rapta, semper est raphe, præterquam in hac voce שתי שתים duo.*

5 *In medio, & in fine post sceua quiescens semper est raphe, præterquam in literis כפת בנר quæ habent daghes lene: exceptis paucissimis, ע, עבדי, עבדי, regnum, עבדי, עבדי, serui, & similibus.*

## CAP. V.

*De literis quiescentibus, & mappic.*

 Vattuor literæ, quæ hoc nomine continentur אהוי ehe- Literæ cur dicantur quiescentes. ni, quiescentes dicuntur, quia interdum proprio puncto vocali destitutæ, nullam sonum auribus exhibent,

bent, sed in præcedēti puncto quiescunt: cuius rei ratio est quòd, vt supra diximus, iis utebantur olim Hebræi loco vocalium: nunc autem inventa sunt puncta, quæ earundem vocalium munere commodiùs funguntur. Itaque necessariò literæ istæ, post inventa puncta, interdum sonant, interdum quiescunt: sonant quando funguntur munere suo, id est consonantium: quiescunt quando fungi deberent munere alieno, id est vocalium.

Explicemus de singulis seorsim.

א quibus in locis quiescat.

א quiescit in medio, & in fine post omnes vocales longas, & interdum post segol, & patach, vt אָרְבֵּי *juncus*, & אֲדֹנָי & *dominus*.

ה quando quiescit.

ה quiescit solùm in fine post camets, tsere, cholem, longas vocales, & post segol, & patac, breues, vt הָאֵרֶץ *os*, הָאֵרֶץ *quis*: post alias vocales longas non facilè reperitur litera ה: tamen, si

inuer

inueniretur, sine dubio etiam in illis quiesceret.

### Exceptio de Mappic.

Est autem obseruandum, interdum  $\eta$  in fine post longam vocalem non quiescere.

$\eta$  Quando in fine dictio- nis nō quiescit.

Ad quod significandū scribitur tunc punctum quoddam in medio ejus hoc modo,  $\eta$ , vel sub illa, hoc modo,  $\eta$ : quod quidem punctum non est daghes, quia non duplicat, nec roborat literam, sed est מַפִּיק mappic, id est eductor, quia educit sonum, dum facit ut litera sonet, quæ alioquin quiescisset.

Mappic quidnam sit.

Solet verò mappic potissimum adhiberi in pronomine affixo generis fœminini, ut בְּנֵהָ filius ejus: præterea in nomine Dei אֱלֹהֵינוּ in quattuor verbis, admirari, superbire, amare, splendere.

תָּמָה

נָבָה

כָּמָה

נָמָה

quiescit in medio, & in fine post fere, segol, & chiric: aliàs sonat ut j, consonans. Porro in fine post camez, patach, cholem, & sciurec coalescit cum præcedente, ut vocalis in

quando quiescit,

diphthongum, vt אֲדֹנָי *adonai*, *Domini*, trisyllabum : דְּבָרַי *devarai*, *verba mea*, similiter trisyllabum : גּוֹי *goi* monosyllabum, *gens* בְּנָוִי *banui*, *edificatus*, duarum syllabarum. Interdum etiam recipit mappic, vt in dictione מַלְכוּת *regna*, & ראשית *principia*.

? quando admittit Mappic.

? quando quiescit,

ו quiescit in medio, & in fine sub cholem & in sciurec: aliàs sonat vt v, consonans, & in fine post camets, & patach, tseré, & chiric, coalescit in diphthōgum, etiamsi intercedat jod quiescens, vt דְּבָרָיו *devarau*, *verba ejus*, קו *kau*, *linea*, שָׁלוֹ *schaleu*, *quietus*, פִּי *piu*, *os ejus*.

### Appendix.

Literæ quiescentes sunt necessariæ.

I Notandum verò est, quiescentem litteram necessariam esse ad longarum vocalium prolationem, & ideo semper eis veactu, vel potestate adesse: idcirco enim in illa sententia, לֹא תַעֲשֶׂה לְךָ פֶסֶל non facies tibi sculptile, illud פ non habet daghes lene, quia præcedit ה, virtute



contentum in camets dictionis 77.

2 Præter hæc puncta jam explicata, quacumque aliæ lineolæ, notulæ, apices, quacumque forma, vel situ occurrant, accentus habendi sunt, excepto signo, vel circulo כתיב, id est scriptiois, de quo in capite sequenti, appendice secunda.

## CAPVT V.

## De Accentibus.



Accentus Hebræis triplex est, Rhetoricus, Grammaticus, Musicus: Rhetoricus retinet syllabam, vel coniungit cum alia, ornatus gratia: Grammaticus attollit syllabam, vt accentus acutus Græcorum, & præterea distinguit orationem, vt apud Latinos puncta & virgulæ: Musicus designat tonum, quo syllaba cani debet.

Accentus  
RhetoricusAccentus  
GrammaticusAccentus  
Musicus.

2 Porro Rhetorici accentus quatuor sunt. Primus dicitur Metheg, id est, frenum, cuius officium est retine-

Metheg:

re syllabam quem afficit, ne lingua, nimis celeriter pronuntiando, hæreat, & scribitur sub litera hoc mo-

*Mazze.* do,  $\text{ז}$ . Secundus dicitur Mazze, cujus idem est officium, & scribitur supra literam hoc modo.  $\text{ז}$  Tertius

*Gahaja.* dicitur Gahaja, & est retinaculum solum puncti sceua, quum methegh & mazze aliis punctis adjungantur: scribitur autem sic,  $\text{ז}$ . Quartus dicitur

*Maccaph* Maccaph, cujus officium est conjungere unam dictionem cum alia, ut instar unius vocis pronuncientur, & scribitur inter duas dictiones hoc modo,  $\text{ויגול} \text{ל} \text{גוי} \text{כל}$  *col goi, omnis gens.*

*Grammatici* 3 Grammatici accentus numerantur triginta & unus, nimirum viginti reges, & undecim ministri, qui omnes acuunt syllabam quam afficiunt, & præterea distinguunt orationem: quamquam, quod attinet ad distinctionem, ex tanto numero, solum quatuor sunt propriè Gram-

matici : reliqui enim magis Musicae, quam Grammaticae deseruiunt.

4 Primus dicitur Soph pasuk siue Siluc, cuius officium est acuere syllabam, & distinguere priodos : scribitur autem sub litera hoc modo,  $\aleph$ ,

ita vt figura non distinguatur à Metheg. Facile tamen vnum ab alio internosces, si animaduertas è duobus

accentibus in eadem dictione positus, priorem esse Rhetoricum, posteriorem Grammaticum : vel si vnus tantum sit, eum necessariò esse Grammaticum : nulla enim est dictio sine accentu Grammatico, nisi ea quae per maccaph cum alia jungitur.

5 Secundus est Athnac, qui, præterquam quòd syllabam attollit more aliorum, distinguit medias periodos, seu membra orationis, & hoc modo sub litera pingitur,  $\aleph$ : hunc tamen usum non semper habet in libro Iob, Psalterio, & Prouerbiis.

Quatuor priores sùt accenti Grammatici. Soph pasuk.

Nota.

Grammaticus accētus quādo abest à dictione. Athnach.

6 Tertius est Zakeph caton, qui & syllabam acuit, vt cæteri, & incisa distinguit : scribitur vt Sceua , sed hoc modo supra literam notatur, ז̄.

7 Quartus est Reuia, qui minimis distinctionibus seruit , & hoc modo supra literam scribitur in medio , ז̄, vel ad latus dextrum ז̄, vt differat à puncto cholem. Cæterorum nomina, & figuras , quamuis ij negligi potuissent, hîc breuiter subjiciemus , ne quid vel à curiosis desideretur.

*Accentus Regij.*

לְגַרְמָח	כ	11	בּוּ סוּף פֶּסוּק	1
גֶּרֶשׁ	כ	12	בְּ אֶתְנַח	2
גֶּרְשִׁים	כ	13	בְּ זֶקֶף קָטוֹן	3
יְתִיב	כ	14	בְּ זֶקֶף גָּדוֹל	4
זֶרְקָא	כ	15	בְּ רִבּוּעַ	5
פֶּזֶר גָּדוֹל	כ	16	בְּ תַבִּיר	6
פֶּזֶר קָטוֹן	כ	17	בְּ טַרְחָא	7
קֶרְנֵי פֶרֶה	כ	18	בְּ סִגּוּלָא	8
שְׁלֵשֶׁלֶת	כ	19	בְּ פֶשְׁטָא	9
תְּלוּשָׁא גָדוֹלָח	כ	20	בְּ פֶסִיק	10

*Accentus ministri.*

ב	6	מִירְכָא פְּשׁוּטָה
ב	7	מִירְכָא כְּפֹלֶחַ
ב	8	קִרְמָא
ב	9	תְּרִסָא
ב	10	דְּרִנָא
ב	11	יֶרַח בֶּן יוֹמָי
ב		מוֹנַח
ב		עֲלוּי
ב		מְכַרְבֵּל
ב		מְהַפֵּךְ
ב		מְאִילָא

*Appendix prima.*

*Quod autem ad sedem attinet accentuum, hæc regulæ tradi possunt. Accentus grammaticus in penultima syllaba collocatur.*

*Accētuum  
sedes.*

I Primùm quidam in omnibus nominibus, & verbis, quæ habent segol in vltima, vt בְּגֵד beged, vestis קֹדֶשׁ kodesc, sanctitas, סֵפֶר sepher, liber, מוֹת maueth, mors, לֶחֶת lecheth, ambulare: & idem dicendum est de iis, quæ habent patach in vltima loco segol, quando nimirum vltima, vel penultima est ח, vel ע, vt דַּעַת danghath, scientia, פֶּסַח pesach, Pascha. Hæc tamen regula locum non habet, quando vltima thematis est ה: dicimus enim

משה Mosce, Moses, בונה bone, ædificans, nisi forte sequatur dictio monosyllaba, aut millel.

2 Deinde verò in omnibus nominibus, quæ habent camets, vel patach, ante jod mobile, ut מצרים mitfraim, Ægyptus, בית baith, domus: ad quam regulam pertinent omnia dualia.

3 In iis nominibus, quæ desinunt in jod precedente chiric, si punctum penultimum fuerit cholem, vel segol, ut קושי kosci, duritia, חולי choli, infirmitas, שבי scievi, captiuitas.

4 In iis, quæ terminantur in sciurec precedente ה, ut בהו bohu, vacuitas, תהו tohu, desolatio, פקדוהו pekadah, visitauit eum.

5 In præteriti secunda persona singularis numeri, masculini generis, & prima persona communis generis, vtriusque numeri, ut למדת lamadta, didicisti, למדתי lamadti, didici, למדנו lamadnu, didicimus: nisi forte adsit vau versuum: tunc

enim

enim aliquādo accentus ponitur in vltima.

6 In præteriti tertia persona plurali, quando propter pausam vertitur sceua in vinctum longum, vt למָדוּ lamadu, didicerunt, pro למֶדוּ lamedu. חָפְצוּ chaphetsu, voluerūt, pro חֶפְצוּ chaphetsu. יָכוּלוּ jacolu, potuerunt, pro יֶכוּלוּ jacelu. Idem dicendum est de tertia singulari fœminini generis, vt לָמְדָה lameda, didicit, pro לֶמְדָה lameda.

7 In præteriti tertia plurali, & tertia singulari fœminini generis, verborum quiescentium, vel duplicantium Nghajin, vt בָּנּוּ banu, intellexerunt, בָּנָה bana, intellexit, סָבּוּ sabbu, circuierunt, סָבָה sabba, circuiuit.

8 In tertia præteriti, quando sequitur dictio monosyllaba, vel alia habens accentum in prima syllaba, vt בָּנָה עִיר bana nghir, ædificauit ciuitatem, קָרָא לַיְלָה kara lajela, vocauit noctem. Idem seruetur in participiis verborum quiescentium lamed he, vt בּוֹנֵה עִיר bone nghir,

ædificans ciuitatem.

9 In secunda plurali generis fœminini imperatiui , & secunda ac tertia plurali generis fœminini futuri , vt למֹדְנָה lemodna, discite, תִּלְמֹדְנָה tilmodna, disce- tis, vel discent.

10 In cōiugatione Hiphil, in tertia plu- rali , & tertia singulari fœminini gene- ris, vt הפְּקִידוּ hiphkidu , præfecerunt, הפְּקִידָה hiphkida, præfecit.

In reliquis omnibus tum nominibus, tum verbis accentus grammaticus collocatur in vltima. Porrò vocabulum huiusmodi quod habeat accentum in vltima, vbi ferè sæpissi- mè reperitur , vocari solet à Grammaticis *Metra*: quod autem in penultima, dicitur *Millel*. Nulla tamen est vox, quæ gram- matico siue acuto accentu careat , vt supra dictum est, nisi quæ per *Metaccaph* cum se- quenti voce coniungitur.

### Appendix secunda.

De Circulo o,

Circulus hic o vocabulis interdum im-  
posu



positus, aliam diuersam lectionem indicat. Quae quidem lectio in plerisque Bibliorum exemplaribus in margine adscribitur, cum subiecta litera ק, id est, קרי keri, lectio, nam ita vox illa ad marginem appellatur. Quae autem est in ipso contextu cum hoc circulo ס, vocatur כתיב cethiv, scriptio, quòd scilicet ita ibi scripta quidem sit ea vox, non tamen ita legenda. Verum tamen keri, hoc est vox in margine appositae, pronuncianda iis punctis, quae puncta habet cethiv, hoc est vox textus. Exempli gratia, Gen. 24. ver. 16, cethiv in textu est והנער והנערה vehannanghara: in margine verò keri והנערה והנערה vehannanghara. Ergo ad hoc ex illo cethiv transferenda sunt puncta, ut legatur והנערה והנערה vehannanghara, & puella. Haec autem lectionum varietas adnotata est à Rabbinis in מסרה mesara, vel מסרת masoreth. Ita enim ab ipsis huiusmodi Observationum libri dicuntur.

## Appendix textia.

*De usu accentuum extra Biblia.*

*Multiplices illæ accentuum figura in sacris libris duntaxat reperiuntur, sine quibus, præsertim distinguentibus, nullam scripturam Hebræi recipiendam putant: tamen si rationem collocationis, aut ordinis, quem in illis cernimus, se propter peccata ignorare fateantur.*

*Cæterum in aliis Hebræorum scriptis, epistolis, libris, qui hisce characteribus propriè Hebraicis constant ( siue à Christianis, siue à Iudæis edantur ) vnum ex his quatuor subiectis modis ferè observari videmus.*

## Præmissus modus

*Nude tantum consonantium figura ponuntur: prætermisissiq; omnino non tantum accentibus omnibus, sed etiam punctis siue vocalibus: additis duntaxat duobus crassioribus punctis ad periodum, siue comprehensionem.*

אֵל רַחוּם הַחַמִּירָנִי כַחֲמֵד אֲשֶׁר יִשְׂרָאֵל

בעיניך בחכמה דרוש אמת ידוע בתם מלוו  
לתהלה ולכבוד שמך:

*El rachum hachamideni bachamad  
eth ascierjasciar benghenecha bechochma  
darosc beemeth jadoang betem milloth  
lathehilla ulcavod sciemecha.*

Concede mihi, misericors Deus,  
quæ tibi placita sunt ardentè con-  
cupiscere, prudenter inuestigare, ve-  
raciter agnoscere, perfectè adimple-  
re, ad laudem & gloriam nominis  
tui.

*Porro puncta illa crassiora sæpè etiam  
omittuntur.*

### Secundus modus.

*Retinentur omnia puncta vocalia: in-  
terdum etiam seruilia, vt daghes, & in  
w, &c. omisus tamen omnibus omnino ac-  
centibus, præter illa duo puncta in extrema  
periodo, hoc modo:*

שְׁלֹשָׁה פָּנִים בְּשֵׁלוֹשׁ הַקְּדוֹשׁ אֵב בְּנִירוֹת  
הַקְּדוֹשׁ וְאֱלֹהִים אֶחָד:

*Scieloscia panimbescialusc hakjadosc*

av ben veruach hakkodesc veloim echad.

Tres personæ sunt in sancta Trinitate, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, sed Deus vnus.

### Tertius modus.

U'surpantur omnia puncta vocalia, seruilia, &c. & in singulis dictionibus accentus grammaticus in sua syllaba, quam ex regulis sibi vindicat, notatur perpendicularari lineola.

שְׁלוֹם לְךָ מַלְכָּה אֵם חֶסֶד חַיִּים מַתּוֹק  
תְּקוּתָנוּ שְׁלוֹם אֵלֶיךָ:

Scialom lac malca, em, chesed, chajim, mathok, vaticvathenu, scialom elaic.

Salve regina, mater, misericordix, vita, dulcedo, & spes nostra salve.

### Quartus modus.

Similis tertio, nisi quòd illam lineolam perpendiculararem non vbique seruet: sea suis in locis, ad orationem distinguendam soph pasuk, atnach, zakeph caton: præter ea metheg rhetoricum adhibeat, & maacaph.

נִפְשׁוֹת הַקְּדוֹשִׁים שְׂמֵחֹת בְּשָׂמִים אֲשֶׁר  
 רָדְפוּ אֶת־עַקְבֵי מִשְׁחָ וְכִי־יִצְקוּ דָּמָם בְּאֵהֶבְתּוֹ  
 יַעֲלוּ עִם־מִשְׁחָ בְּלִי סוּף:

*Nephascioth hakkedoscim sciemechoth  
 basciamaim ascier radephu eth nghikve  
 masciach vechi jatsku daman beahava-  
 tho, lachen janghlezu nhim masciach belì  
 soph.*

Gaudent in cælis animæ Sancto-  
 rum, qui Christi vestigia sunt sequu-  
 ti: & quia pro ejus amore sanguinem  
 suum fuderunt, ideo cum Christo  
 exultant sine fine.

*Ceteri modi ad hos facile reuocabun-  
 tur. Porrò ex his quatuor, quo quisque est  
 ordine superior, eo etiam lectionem diffici-  
 liorem reddit. Quare postremus potissi-  
 mum, aut certè tertius videtur vsurpan-  
 dus, præsertim si scribatur ijs, qui  
 non sint hujus linguæ  
 peritissimi.*



# PARS SECVNDA, QVÆ EST DE

N O M I N E.



C A P V T I.

*De iis, quæ nomini generaliter accidunt.*



Xplicuimus ea, quæ pertinent ad rationem legendi, & scribendi verba Hebraica. Nunc de partibus orationis, quæ tres sunt apud Hebræos: Nomen ׀ַשְׁעַם, cum quo Pronomen conjungunt: Verbum לַיְּנָּ פּוֹגַל, cui etiam Participium annectunt: & dictio הַלְּמִּלָּ milla, quæ Prepositiones, Conjunctiones, Adverbia, & Interiectiones complectitur suo ordine differemus.

I Ac primùm de Nomine in vniuersum dicendum est: deinde de singularis

gulis nominum formis, siue specie-  
 bus. Nomini in vniuersum accidunt Nomini ac-  
 cidunt qua-  
 tuor.  
 quatuor, genus, numerus, casus, & re-  
 gimen genitiui. Genera in Hebraicis Genera tria,  
 nominibus tria sunt, masculinum,  
 fœmininum, & commune. Neutro  
 carent Hebræi, sed pro eo fœmini-  
 num vsurpant, vt B. Hieronymus an-  
 notauit in Commentario ad finem  
 7. cap. Ecclesiastæ: quod etiam inter-  
 dum substantiuè videtur vsurpari,  
 זֹרֵחַ *zoth*, hoc, istud, pronomen fœmi-  
 ninum, טוֹבָה *tova*, bonum, & bonitas.

2 Masculina terminantur quouis Masculino-  
 rum termi.  
 modo, præterquam in ה, præcedente  
 camets, vel in ת, precedente segol,  
 chiric, vel sciurec, vt דָּבָר *davar*, verbū,  
 אִישׁ *isc*, vir. Excipiuntur numeri cardi-  
 nales, de quibus suo loco.

3 Fœminina terminantur in ה, præ-  
 cedente camets, & accentu in vlti-  
 ma, vt אִשָּׁה *iscia*, mulier, vel in ת, præ-  
 cedente segol, & accentu in penulti-  
 ma,

ma, vt קשת *kescieth*, arcus, vel præcedēte chiric, aut sciurec, & accentu in ultima, vt גפּרית *gophrith*, sulphur, מלכות *malcuth*, regnum.

### Exceptio.

*Sunt tamen præter hæc nonnulla irregularia, quæ sunt fœminina, & tamen non terminantur altero horum modorum, vt רוּחַ *ruach*, ventus, אֶבֶן *even*, lapis: præterea omnia nomina urbium, & regionum, necnon membra, quæ natura sunt gemina, vt עֵינַי *nghain*, oculus, אוּזְן *ozen*, auris, רֶגֶל *regel*, pes, יָד *manus*, & cætera, quocumque terminentur modo, fœminina sunt.*

4 Communia terminantur quolibet modo, more masculinorum, & ferè sunt huius generis nomina animalium, vt בָּקָר *bakar*, bos, חַזִּיר *chazir*, sus, &c.

5 Numeri nominum Hebraicorū sunt tres, singularis, pluralis, dualis. Singularis terminatur variis modis,

vt



vt jam diximus. Pluralis in masculi- Modus for-  
 nis fit à singulari addito ים , vt à רָבָרָב mandi plu-  
*davar*, fit רַבִּים *devarim*. In foemini- ralem.  
 nis, quæ desinunt in ה, mutatur ipsum  
 ה cum puncto camets in ות, vt à טוֹבָה  
*tova, bona*, fit טוֹבוֹת *tovoth*. In iis, quæ de-  
 sinunt in ה præcedente segol, addi-  
 tur וי, vt à קֶשֶׁת *kescieth*, *arcus*, fit קֶשֶׁתוֹת  
*kesciathoth*. In iis quæ desinunt in ה  
 præcedente chiric aut sciurec, muta-  
 tur vltima syllaba in יות, vt à גֹּפְרִית *go-*  
*phrit, sulphur*, fit גֹּפְרִיֹת *gophrijot*, à מַלְכוּת  
*malcuth, regnum*, fit מַלְכֵיֹת *malcijoth*.

## Appendix.

Observandum autem est interdum no- Nota  
 mina, quæ in singulari habent termina-  
 tionem masculinam, in plurali habere fœ-  
 mininam, & contrà, vt אָב *av, pater*, אֲבוֹת  
*avot, patres*, יוֹנָה *jona, columba*, יוֹנִים  
*jonim, columbæ*.

4 Dualis numerus pro utroq; ge-  
 nere non differt à plurali, nisi quòd Dualis quo-  
 penultima litera in plurali est jod modo diffe-  
rata plurali

quiescens in chiric, vt אלפים *alaphim*,  
*multa millia*: in duali autem est jod  
 mobile sub se habēs chiric, præcedē-  
 te patach, vt אלפים *alpajim*, *duo millia*.  
 Sortiūtur autem dualem numerum  
 ea solūm nomina, quæ naturâ sunt  
 geminata, vt עינים *nghenajim*, *oculi*,  
 אזנים *oznajim*, *aures*, & horum similia.

### Appendix.

Nomina  
 ugdāvnius  
 tantum nu-  
 meri.

Porro sunt quedam nomina, quæ so-  
 lum habent numerum singularem, vt צֶמֶן  
 tson, pecus, זָהָב zahav, aurum: qua-  
 dam quæ solum habent pluralem, חַיִּים  
 chajim, vitæ, בְּתוּלִים bethulim, virgi-  
 nes, נְעוּרִים nenghurim, pueritiæ: qua-  
 dam quæ solum habent dualem, מַיִם  
 maim, aquæ, שְׁמַיִם sciamaim, cæli,  
 רְחַיִּים rechaim, molæ.

Nomina He-  
 bræa casus  
 habent.

5 Casus Hebræi nullos habēt, sed  
 eos tamen interdum per articulos  
 designant, qui sunt hi. Genitiuus הַ  
*ha*, vel שֶׁל *sciel*. Datiuus לֵ *le*. Accusati-  
 uus אֶת *eth*. Vocatiuus הַ *ha*. Ablatiuus

מן. Nominatiuus articulo caret: interdum tamen recipit etiam ה *ha* demonstratiuum. Exempli gratia, דָּבָר *davar*, verbum, הַדָּבָר *haddavar*, siue שֵׁל דָּבָר *sciel davar*, verbi, לְדָבָר *ledavar*, verbo, אֶת־דָּבָר *eth davar*, verbum, הַדָּבָר *haddavar*, *ô* verbum, מִדָּבָר *middavar*, à verbo.

### Appendix prima.

Observandum autem est, nullum horum esse purum articulum: siquidem ה, est etiam aduerbium vocandi: ל, אֶת, מִן sunt prepositiones, vt infra docebimus: שֵׁל ferè non est in usu in diuinis literis, sed solum apud Rabbinos.

### Appendix secunda.

Observandum est etiam ה, non solum genitiuo, sed etiam ceteris omnibus casibus jungi posse: pari ratione ל, non solum datiuo, sed etiam genitiuo, & accusatiuo interdum seruire: denique אֶת, non solum accusatiuum, sed etiam nominatiuum, datiuum, & ablatiuum aliquando designare.

*Vide plura in fine Grammaticæ, ubi de dictionibus indeclinabilibus agitur.*

5 Nomen absolutum vocant Hebræi, quando nullus consequitur genitiuus, siue sit illud nomen solum, vt דָּבָר *davar*, *verbum*, siue cum alia voce conjunctum, vt דָּבָר רָאוּ *davar rau*, *verbum viderunt*, דָּבָר אָבַד *davar a-vad*, *verbum perijt*. Nomen verò dicitur esse in regimine, quum post se genitiuum regit, vt דָּבָר נָבִיא *davar navi*, *verbum propheta*, דִּבְרֵי נְבִיאִים *divre neviim*, *verba prophetarum*. Hic דָּבָר *davar*, & דִּבְרֵי *divre*, sunt in regimine, a deoq; regunt: נָבִיא *navi* autem, & נְבִיאִים *neviim*, genitiui sunt, quamuis articulo careant.

6 Regimen igitur genitiui in masculinis numeri singularis, non mutat ferè nisi puncta longa in brevia, vt שָׂר *sar*, *princeps*, in regimine שָׂר אֶרֶץ *sar erets*, *princeps terræ*. In numero autem plurali aufert literam vltimam,

& mutat chiric in tsere, vt שָׂרִים *sa-*  
*rim, principes*, שָׂרֵי אֶרֶץ *sare erets, princi-*  
*pes terra*. In duali aufert similiter vl-  
 timam literam, & chiric: & mutat pa-  
 tach in tsere, vt עֵינַיִם *nghenajim, oculi,*  
 in regimine עֵינֵי יוֹנִים *nghene jonim, oculi*  
*columbarum*. At in nominibus fœ-  
 mininis, quæ terminantur in ה præ-  
 cedente camets, mutatur ה in ת, & ca-  
 mets in patach, vt מַלְכָּה *Malca, Regi-*  
*na*, מַלְכַּת מִצְרַיִם *Malcath Misraim, Re-*  
*gina Aegypti*: quæ terminantur in ת,  
 nihil mutant, & similiter in plurali  
 fœminina omnia nihil mutant.

## CAP. II.

*De variis nominum formis, & de  
 gradibus comparationis.*

**N** Omina apud Hebræos, vt  
 etiam apud alias gentes, alia  
 sunt propria, alia appellati-  
 ua, in quibus nihil aliud notandum  
 occurrit, quàm quod propria nomi-

na carent numero multitudinis, regimine genitiui, ה demonstratiuo, & pronomine affixo, de quo infrà c. 4.

2 Item alia substantiua, alia adiectiua sunt, quæ hoc solùm in hac lingua peculiare habent, quòd ab Hebræis dicitur nomen תּוֹר *toar*, id est Adiectiuũ. formale, siue adiectiuum omne illud, quod mouetur de masculino in fœmininum per additionem literæ ה, vt מֶלֶךְ *Melec, Rex*, מַלְכָּה *Malca, Regina*, טוֹב *tov, bonus*, טוֹבָה *tova, bona*: itaque multa vocant ipsi adiectiua, quæ nos substantiua nominamus. Porro fœminina à masculinis in י recipere videntur interdum etiam ה, vt à masculino עִבְרִי *nghivri, Hebræus*, עִבְרִיָּה *nghivriya, & nghivrit, Hebræa*. Quamquam in ה ferè aduerbialiter vsurpatur, vt יְהוּדִית *Iehudith, Iudaicè*, atque alia id genus.

3 Comparatiua & Superlatiua nō habent, sed circūloquuntur per duas

Comparatiuis & Superlatiuis carēt Hebræi.

par-

particulas מן *min* & מאד *meod*, hoc modo מין טובים דודיק *tovim dodecha mijain*, i. *boni amores tui prae vino*, Cant. i. quod nos diceremus, *meliores vino amores tui*. והנה טוב מאד *vehinne tov meod*. id est, & *ecce bonum valde*. Gen. i. quod nos diceremus, & *ecce erat optimum*. Interdum etiam exprimunt comparativum particula יותר *jother*, *magis*, vt חזק יותר *chazak jother chazak*, *magis fortis*. Frequentiùs tamen littera מ, quæ propriè significat à, vel ex, & ablativo inseruit, vt supra dictum est.

Superlativus quoque, geminato positivo nonnunquam significatur, vt רע רע *rangh rangh*, *malus malus*, hoc est *peffimus*.

4 Sunt alia nomina primitiva, alia derivatiua. Primitiva dicuntur, quæ non deriuantur aliunde, sed ex ipsis deriuantur alia: talia sunt quæ ipsam radicem continent: vocatur autem

radix illa dictio, siue sit verbum, siue nomen, quæ in dictionario maiusculis literis notatur, quæq; plerumque tribus tantum literis constat, & ex qua per aliquam mutationem deducuntur multæ aliæ dictiones, quæ deriuatiuæ dicuntur, quòd à primitiua deriuentur, vt דֶּגֶל *deghel*, id est, *vexillum*, nomen est primitiuum: inde enim fit דָּגַל *daghal*, id est *erigere vexillum*, דָּגוּל *dagul*, id est, *insignis*, siue *præclarus*, נִדְגָלוֹת *nidgalot*, id est, *castracum vexillis*.

§ Alia perfecta dicuntur, alia imperfecta.

Perfecta tres literas radicales expressas habent, siue illa primitiua sint, vt אוֹזֶן *ozen*, *auris*: siue deriuatiua, vt, דָּבָר *davar*, *verbum*, siue etiam aliæ literæ præter radicales accesserint, vt קֶטוֹרֶת *ketoreth*, *incensum*, תִּפְאָרֶת *thiphereth*, *decor*.

Imperfecta sunt, quæ vel vnam ra-  
dic



licalem supprimunt, מטע *mattangh*,  
*lanta*, à נטע *natangh*, plantare: vel duas,  
 ונתת *mattath*, donū, à נתן *natan*, dare.

6 Alia denique simplicis, alia com-  
 positæ figuræ. Ex compositis quam-  
 plurima sunt propria, vt אבשלום *Av-*  
*cialom*, *Absalom*, ex אב *pater*, & שלום  
*cialom*, *pax*, עמנואל *Nghimmanuel*, *Em-*  
*manuel*, ex עמנו *nghimmanu*, *nobiscum*, &  
 אלה *el*, *Deus*.

Appellatiua cōposita pauca sunt,  
 vt צלמות *tsalmaveth*, *umbra mortis*, è צל  
*tsel*, *umbra*, & מות *maveth*, *mors*, חלכאים  
*chelcaim*, *turba*, vel *exercitus pauperum*,  
 seu *afflictorum*, ex חיל *chail*, *exercitus*, &  
 חלכאים *caim*, à verbo כאה *caa*,  
*dolere*.

### Appendix.

Deriuatiua, quæ descendunt à radice,  
 siue primaria illa dictione, possunt fieri  
 quatuor modis. Primùm per additionem.  
 Secundò per detractionem. Tertiò per v-  
 trumque simul. Quartò, sine additione, vel  
 de-

detractiōe , per solam mutationem pun-  
ctorum. De singulis modis seorsum, & or-  
dine explicemus. Per additionem forman-  
tur nomina derivatiua , quum ad radicem  
additur vna ex his literis , הַמְּנְתִי hee-

Per additio-  
nem.

Heemantica.

Et quidem הַמְּנְתִי format nomi-  
na, quando additur in fine, si tamen accen-  
tus ponatur in penultima , vt לַיְלָה laila,  
nox. Si enim accentus ponatur in vltima,  
tunc litera הַמְּנְתִי non est formatiua nominis,  
sed signum generis fœminini, vt צְדָקָה tse-  
daka, etiam in imperfectis nominibus , vt  
הַצְּלָה hatfala, defensio, à radice נָצַל na-  
fal, euasit. Addunt quidam הַמְּנְתִי, formati-  
uum interdum præponi, vt in voce הַשְּׂמַעוּת  
hascmanghuth, auditus, sed fortasse  
falluntur: illud enim הַמְּנְתִי, demonstratiuum  
esse videtur. Vide infra par. 4. cap. 2. de li-  
teris serui. litera הַמְּנְתִי. Potest etiam esse para-  
gogicum in fine, vt infra dicitur par. 3. ca. 7.

¶ format nomina quando præponitur,  
& sub se habet patach, aut segol, vt אַצְבַּע

etsb

tsbangh, digitus, אַשְׁמורה ascmura, custodia. *Vix in Hebraica lingua dictioem claudit*, חֹגָגָה chogga, pauor, *Esa. 9.* *In Chaldaica sapissime*, כִּיפָא Cephaetrus, מַלְכָא Malca, Rex, עֲבָדָא nghavla, seruus.

מַּ preponitur, & sub se chiric, aut patach, aut segol requirit, מִזְמוֹר Mizmor, Psalmus, מֵאֵכֹל maachol, cibus, מֵרַכָב mercav, ephippium, stratum: *interdum, sed raro, postponitur*, וְטַל שֶׁלִּשְׂוִים scilsciom, audius tertius.

נַּ preponitur, quum format nomina propria, וְטַל נִמְרוֹד Nimrod, נַפְתָּלִי Naphthali: *postponitur autem quum format cetera, & interdum est simul nota diminutionis*, וְטַל שַׁבָּתוֹן sciabbathon, sabbatulum, אִישׁוֹן isciun, paruus vir. *Sic autem dicitur pupilla.*

חַּ preponitur interdum, & sub se habet chiric, aut patach, וְטַל תְּדִהָר thidhar, cedrus, תַּלְמִיד talmid, discipulus: *sepius postponitur*, וְטַל גֹּפְרִית gophrith, sulphur,

phur, מַלְכוּת malcuth, regnum: *interdum præponitur, & postponitur, ut תפארת* thiphereth, gloria: *interdum etiam habet sceua, ut תהלה* theilla, laus.

י *sæpe præponitur quum format nomina propria, ut יעקוב* Ianghakov, Iacob, יצחק Iitschak, Isaac: *& hinc apparet nomen illud יהוה* Iehova, *esse proprium nomen Dei: rarò enim appellatiuis præponitur, ut ילקוט* jalkut, pera, sacculus, ינשוף jansciuph, vlula, יצהר itschar, oleum. *Postponitur autem potissimum, quum format nomina gentilia, vel patronymica, vel numeralia ordinalia, ut עברי* Nghivri, Hebræus, יבני Ievani, Græcus, רומי Romji, Romanus, איטלקי Italki, Italus, (*Rabbinorũ vox à Latinis desumpta*), ספרדי Sepharadi, Hispanus, אשכנזי Asccenazi, Germanus, צרפתי Tzarparti, Gallus. *Sic משחי* Mescichi, Christianus, *à משח* Masciach, Christus: *quamquam à Iudæis Christum Dominum perfide negantibus, Christus ferè appella-*

*tur* נוצרי Notseri, Nazarenus, à ciuitate Galilea נצרת Natserath : שני scieni, secundus, שלישי scelisci, tertius.

*Per detractionem formantur nomina ab illis radicibus, quarum prima litera est Nun, vel Iod, וט שיא si, sublimitas, à verbo נשא nasa, leuare, & צא tse, sordes, à verbo יצא jatfa, exiuit. Item ab illis, quarum secunda litera est uau, וט גר gher, peregrinus, à גר ghur, peregrinari, צר tsar, hostis, à צור tsur, obsidere. Item ab illis, quarum tertia est ה, וט בן, ben, filius, à בנה bana, ædificare, אב av, pater, ab אבה ава, voluit : denique ab illis, quarum secunda & tertia sunt similes, וט חץ chets, sagitta, à חצץ chatfats, sagittare, נוז nghoz, fortitudo, à נוז nghazaz, fortificare.*

*Per additionem & detractionem simul formantur illa nomina, quæ deriuantur à radicibus proximè notatis, & simul asciscunt vnã ex literis heemanticis, id est ex illis sex האמנתי heemanti. Quæ enim*

*nim* fiunt à radice, cuius prima litera est *nun*, asciscunt plerumque *mem* in principio cum *patach*, vt *מַטֵּעַ* *matangh*, plantatio, à verbo *נָטַע* *natangh*, plantare: & quæ fiunt à radice, cuius prima litera est *jod*, asciscunt *mem*, vel *tau* in principio cum *cholem*, vt *מוֹשֵׁב* *mosciav*, cathedra, à verbo *יָשַׁב* *jalsciav*, sedere, *תּוֹדָה* *toda*. cōfessio, à *יָדָה* *jada*, confiteri.

*Quæ* fiunt à radice, cuius secunda litera est *vau*, asciscunt *mem* in principio cum *camets*, vt *מָקוֹם* *makom*, locus, à verbo *קָם* *kum* surgere: asciscunt etiam & alias literas, vt *tau* initio vel in fine: *ה* & *י*, in fine: sed hæc omnia vsus melius docebit.

*Quæ* fiunt à radice, cuius tertia est *he*, asciscunt ferè *mem* in capite cum *patach*, aut *chiric*, vt *מִרְאָה* *maree*, visio, à *רָאָה* *raa*, videre, *מִקְנָה* *mikne*, possessio, à *קָנָה* *kana*, possidere.

*Quæ* denique fiunt à radice, cuius secunda, & tertia sunt similes, asciscunt initio

no mem cum camets, aut efere, ut מסך  
 masac, aulæum, à סכך sacac, tegere,  
 מסע meleu, circuitus, à סבב savav, cir-  
 cuire.

Per solam mutationem pñctorum, que  
 deriuantur nomina à suis radicibus, facil-  
 lima sunt, ut מלך Melec, Rex, à מלך ma-  
 lac, regnare, דרך derec, via, à דרך da-  
 rac, tendere : siquidem æque citò repe-  
 riuntur, atque ipsæ radices.

## CAP. III.

*De nominibus numeralibus.*

**O**mnia numeralia cardina-  
 lia, tria quædam apud He-  
 bræos habent propria: V-  
 num, quòd masculina à tribus ad  
 decem habent terminationem fœ-  
 mininorum, & cõtrà fœminina ma-  
 sculinorum, paucis exceptis. Alte-  
 rum, quòd nomina ista numeralia  
 numeri singularis junguntur substã  
 tiuis numeri pluralis, & contrà: dici-  
 mus

mus enim חַמֵּשׁ שָׁנִים *chamesc scianim*,  
*quinque anni*, חַמִּישִׁים שָׁנָה *chamiscim scia-*  
*na, quinquaginta annus*. Tertiū, quod  
 numeri minores præponuntur ma-  
 joribus, in compositione præcipuè,  
 vt perspicuū est ex illis verbis Gen.  
 5. Et vixit Seth postquam genuit E-  
 nos שִׁבְעַ שָׁנִים וְשְׁמוֹנֶה מֵאוֹת שָׁנָה *scie-*  
*vangh scianim vsciemone meoth sciana,*  
*septem annos & octingentos annos*. Por-  
 rō, ad maiorem commoditatem stu-  
 diosorum, tabulam omnium nume-  
 rorum subijciemus.

### Numeri cardinales.

Generis masculini    Generis fœminini  
*Regim. Absolut.*    *Regim. Absolut.*

אֶחָד	אַחַת	אֶחָד	אַחַת	<i>Unus</i>
שְׁתֵּי	שְׁתַּיִם	שְׁנַיִם	שְׁנַיִם	<i>Duo</i>
שְׁלֹשָׁה	שְׁלוֹשׁ	שְׁלוֹשָׁה	שְׁלוֹשָׁה	<i>Tres</i>
אַרְבַּע	אַרְבַּעַת	אַרְבַּעַת	אַרְבַּעַת	<i>Quatuor</i>
חֲמִישׁ	חֲמִישׁת	חֲמִישׁת	חֲמִישׁת	<i>Quinque</i>
שֵׁשׁ	שֵׁשׁת	שֵׁשׁת	שֵׁשׁת	<i>Sex</i>
שִׁבְעַ	שִׁבְעַת	שִׁבְעַת	שִׁבְעַת	<i>Septem</i>



שְׁמוֹנֶה	שְׁמוֹנֶה	שְׁמוֹנֶה	שְׁמוֹנֶה	Octo
תִּשְׁעָה	תִּשְׁעָה	תִּשְׁעָה	תִּשְׁעָה	Nouem
עֶשְׂרִים	עֶשְׂרִים	עֶשְׂרִים	עֶשְׂרִים	Decem
עֶשְׂרִים	אֶחָד	עֶשְׂרִים	אֶחָד	Undecim
עֶשְׂרִים	שְׁתֵּים	עֶשְׂרִים	שְׁתֵּים	Duodecim
עֶשְׂרִים	שְׁלֹשָׁה	עֶשְׂרִים	שְׁלֹשָׁה	Tredecim
אַרְבַּעַת עֶשְׂרִים	אַרְבַּעַת עֶשְׂרִים	אַרְבַּעַת עֶשְׂרִים	אַרְבַּעַת עֶשְׂרִים	Quatuordec.
עֶשְׂרִים	חֲמִישָׁה	עֶשְׂרִים	חֲמִישָׁה	Quindecim
עֶשְׂרִים	שֵׁשׁ	עֶשְׂרִים	שֵׁשׁ	Sexdecim
עֶשְׂרִים	שִׁבְעָה	עֶשְׂרִים	שִׁבְעָה	Septēdecim
עֶשְׂרִים	שְׁמוֹנֶה	עֶשְׂרִים	שְׁמוֹנֶה	Octodecim
עֶשְׂרִים	תִּשְׁעָה	עֶשְׂרִים	תִּשְׁעָה	Nouēdecim

## Scholia.

*Duo illi* שְׁתֵּים שְׁנַיִם scietaim, scienaim, *compositi cum alijs numeris, mutant secundum, ac tertium punctum in unum* tsere, שְׁתֵּים שְׁנַיִם scietem scienem: *cum alijs nominibus aut perdūt* שְׁנַיִם אֲנָשִׁים ׀, sciene anascim, *duo viri, aut nihil mutant,* שְׁנַיִם אֲנָשִׁים ׀, scienaim anascim.

Deinceps communis sunt generis vsque in infinitum.

*Quinquaginta. Quadraginta. Triginta. Viginti.*

חמשים ארבעים שלשים עשרים

*Nonaginta. Octoginta. Septuaginta. Sexaginta.*

תשעים שמונים שבעים ששים

*Mille. Pluries centum. Bis centum. Centum.*

אלף מאות מאתים מאה

*Decem millia. Pluries mille. Bis mille.*

רבוע רבוא אלפים אלפים

*Pluries decem millia. Bis decem millia.*

רבבות vel רבבות רבבות

### Numerus ordinalis.

Generis fœminini

*Secunda. Prima.*

ראשונה שנית

*Quarta. Tertia.*

שלושית רביעית

*Sexta. Quinta.*

חמשית ששית

*Octava. Septima.*

שביעית שמינית

*Decima. Nona.*

תשועית עשירית

Generis masculini

*Secundus. Primus.*

ראשון שני

*Quartus. Tertius.*

שלישון רביעון

*Sextus. Quintus.*

חמשי ששי

*Octavus. Septimus.*

שביעון שמונ

*Decimus. Nonus.*

תשיעון עשיר

Deinceps vtuntur Hebræi solo numero cardinali.

CAP. IIII.

De Pronomine.

**Q**uatuor sunt Hebræis Pronomina, Primitivum, Derivatium, seu Possessivum, Demonstrativum, & Relativum. Pronomina  
Hebr. qua-  
tuor.

*Inflexio Pronominis Primitivi singularis.*

Nomi. sing.	Genitivus.	Dativus.	Accusativus.	Ablativus.
ego com. gen.	mei com. gen.	michi com. ge.	me com. gen.	à me. com. g.
אֲנִי	שְׁלִי	לִי	אוֹתִי	מִמֶּנִּי
tu masc. gen.	tui mas. gen.	tibi mas. gen.	te masc. gen.	à te mas. ge.
אַתָּה	שְׁלֶךָ	לְךָ	אוֹתְךָ	מִמֶּךָ
tu fem. gen.	tui fem. gen.	tibi fem. gen.	te fem. gen.	à te fem. ge.
אַתְּ	שְׁלֶךָ	לְךָ	אוֹתְךָ	מִמֶּךָ
ille masc. gen.	illius mas. g.	illi masc. gen.	illum mas. g.	ab illo m. g.
הוא	שְׁלֹו	לוֹ	אוֹתוֹ	מִמֶּנּוּ
illa fem. gen.	illius fem. g.	illi fem. gen.	illam fem. g.	ab illa fe. g.
היא	שְׁלָהּ	לָהּ	אוֹתָהּ	מִמֶּנָּהּ

*Inflexio Pronominis Primitiui  
pluralis.*

<i>Nomin. plur.</i>	<i>Genitiuus.</i>	<i>Datiuus.</i>	<i>Accusatiuus.</i>	<i>Ablatiuus.</i>
<i>nos com. gen.</i>	<i>nostrum com. gen.</i>	<i>nobis com. ge.</i>	<i>nos com. gen.</i>	<i>à nobis com. gen.</i>
אֲנַחְנוּ	שֵׁלֵנוּ	לָנוּ	אֹתָנוּ	מִמֵּנוּ
<i>vos mascul. gen.</i>	<i>vestrum maf. gen.</i>	<i>vobis mascul. gen.</i>	<i>vos mascul. gen.</i>	<i>à vobis masc. gen.</i>
אַתֶּם	שֵׁלְכֶם	לָכֶם	אֹתְכֶם	מִמֶּכֶם
<i>vos fœm. gen.</i>	<i>vestrum fœm. gen.</i>	<i>vobis fœmin. gen.</i>	<i>vos fœm. gen.</i>	<i>à vobis fœm. gen.</i>
אַתֶּן	שֵׁלְבֶן	לָבֶן	אֹתְבֶן	מִמֶּבֶן
<i>ille masc. gen.</i>	<i>illorū maf. ge.</i>	<i>illismasc. gen.</i>	<i>illos maf. gen.</i>	<i>ab illis m. ge.</i>
הֵם	שֵׁלֵהֶם	לֵהֶם	אֹתָם	מֵהֶם
<i>ille fœm. gen.</i>	<i>illarum fœm. gen.</i>	<i>illis fœm. gen.</i>	<i>illas fœm. ge.</i>	<i>ab illis fœm. gen.</i>
הֵן	שֵׁלֵהֶן	לֵהֶן	אֹתָן	מֵהֶן

2 Est autem hoc loco obseruan-  
dum, Pronomen ipsum integrum  
esse illud, quod habetur in nomina-  
tiuo, quo etiam vtimur pro vocati-  
uo. Pro casibus reliquis fit quædam  
compositio ex articulis, & vltimis li-  
teris Pronominis, vt ex præmissa ta-  
bella

bella intelligi potest.

3 Iam verò Pronomen Possessiuū Pronomen possessiuum. fit ex vltimis literis Pronominis Primitiui, adjunctis cuicunq; nomini, eo modo quo ad junguntur, articulis: quæ propterea à Grammaticis dicuntur affixa *הַבְּנוּיִם* *haccinnuim*. In quibus quoque, vt in primitiuis, prima persona semper est communis.

### Appendix.

1 Quamquam casus huiusmodi, qui per *v* formantur, genitiui propriè non videntur, sed periphrases ad possessionem significandam: quæ tamen per affixa, seu possessiva Pronomina, de quibus in sequenti tabella, frequentius exprimuntur. Nam *יָדִי* *adi*, dicimus *potius*, manus mea, quàm *יָדִי* *jad* scielli, manus quæ mihi.

2 Vocatiuus in Pronominibus prima & tertia personæ non reperitur, in secunda semper est idem ac nominatiuus.

3 Usurpantur interdum quidam huius pronominis primitiui casus alijs literis, pū-

Et si ve insigniti. Nam in prima persona le-  
 gimus quoque אני אני, & אנכי anochi, e-  
 go. Posterius modo מילא, modo מילל.  
 Item in ablatiuo מני מני, & מני מני  
 ni, à me. In plurali נחנו nachnu, nos,  
 pro quo אננו אננו, quibusdam non placet.  
 In secunda persona masculina אתה אתה, vel  
 אתה אתה, tu. Utrumque מילל. In datiuo,  
 qui habet soph pasuc, dicimus לך lac, at-  
 que ita differt à fœminino. Præterea reci-  
 pit לכה leca, tibi, ut ejuſdem accusati-  
 uis אותה otheca, te, pro quo interdum  
 אותה othac. In ablatiuo plurali מכם  
 miccem. In fœminino מכן miccen, à  
 vobis. In nominatiuo plurali generis fœ-  
 minini ejuſdem personæ, אתנה attena,  
 vos, & in datiuo לכנה lachena, pro  
 לכן lachen, vobis. In tertiæ personæ ablati-  
 uo masculino inuenitur etiam מנהו min-  
 nehu, & מנהו minhu, ab eo. In plurali  
 המה hemma, illi, & הנה henna, illæ.  
 In datiuo generis masculini למו lamo, &  
 להמה lahenna, illis. In ablatiuo uem ma-

sculino מהמה mehemma, & fœminino מהנה mehenna, ab illis.

Paradigma Masculinum Pronominis Possessivi.

Prima persona comm. generis.	Secunda persona mascul. generis.	Secunda persona fœminini generis.	Tertia persona mascul. generis.	Tertia persona fœminini generis.
verbum suum.	verbum tuum.	verbum tuum.	verbum eius.	verbum eius.
דברו	דברך	דברך	דברו	דברה
verbum nostrum.	verbum vestrum.	verbum vestrum.	verbum eorum.	verbum earum.
דברנו	דברכם	דברכן	דברם	דברן
verba mea.	verba tua.	verba tua.	verba eius.	verba eius.
דברי	דבריך	דבריך	דבריו	דבריה
verba nostra.	verba vestra.	verba vestra.	verba eorum.	verba earum.
דברינו	דבריכם	דבריכן	דבריהם	דבריהן

Paradigma Fœmininum Pronominis Possessivi singulare תורה lex.

Prima pers. comm. gen.	Secunda pers. masc. gen.	Secunda pers. fœm. gen.	Tertia pers. masc. gen.	Tertia pers. fœm. gen.
lex mea.	lex tua.	lex tua.	lex eius.	lex eius.
תוּתִי	תורתך	תורתך	תורתו	תורתה
lex nostra.	lex vestra.	lex vestra.	lex eorum.	lex earum.
תורתנו	תורתכם	תורתכן	תורתם	תורתן

F 5 Plus

## Plurale תורות leges.

Prima persona commun. generis.	Secunda persona mas. generis.	Secunda persona feminini gen.	Tertia persona masc. generis.	Tertia persona feminini generis.
leges mea.	leges tua.	leges tua.	leges eius.	leges eius.
תורותי	תורותיך	תורותיך	תורותיו	תורותיה
leges nostra.	leges vestra.	leges vestra.	leges eorum.	leges earum.
תורותינו	תורותיכם	תורותיכן	תורותיהם	תורותיהן

## Admonitio.

In his duobus Paradigmatibus describen-  
dis, & ediscendis, hujus linguae studiosus  
initio se diligenter exercebit, ut rationem  
punctorum, significationem, & naturam  
affixorum perdiscat: quae in omnibus ora-  
tionis partibus latissime patent.

## Demonstratiuum.

Pronomen  
demonstra-  
tiuum.

4 Demonstratiuum pronomen nu-  
meri singularis masculini generis est  
הוּ זה, hic, iste: feminini generis, היא זו, ה  
זוה. הני זוה, haec, ista: communis ge-  
neris, הוּ זה, hic & haec. In numero au-  
tem plurali utriusque generis, הוּ אלו  
& הן אלו elle, isti, & istae.

## Relatiuum.

Relatiuum.

5 Relatiuum pronomen extra in-  
terrog



terrogationem, est **אִשְׁכֵּי** *ascier*, vtriusque generis, & numeri: significat enim, qui, quæ, quos, quas, cuius, cui, quorum, quarum, quibus, &c. & loco hujus sæpe ponitur sola litera **שׁ**, vt infra dicetur fusiùs 4. par. cap. 2. num. 8.

### *Interrogatiuum.*

6 Interrogatiua sunt **מַה מִּי** *me, ma, ma, mi*: quorum primum dicitur solùm de homine, vt **מִי אַתָּה בְּנֵי** *mi atta beni, quis tu fili mi?* Gen. 17. Reliqua tria dicuntur de omnibus rebus excepto homine, vt **מַה מִּשְׁפַּט הָאִישׁ** *me mispat haisc, quod iudicium, siue quis habitus illius viri?* 2. Reg. 1.

7 Est autem obseruandum, quãdo post **מִי** *mi*, vel **מַה** *ma*, sequitur aliud relatiuum, tunc ipsum **מִי** *mi*, vel **מַה** *ma*, non sonare quis vel quid, sed is, vel id, vt **מַה שְׁחָהָה** *ma sciehaja, id quod fuit.* Eccles. 1.

## Appendix.

1 *Demonstratiua, Relatiuum, & Interrogatiua, Articulos, more Nominum, admittunt.* לזה laze, huic, זה את eth ze, hunc, מזה mizze, ab hoc. *Atque ita tria fœminina singularia* לאלה leelle, his, את-אלה eth elle, hos, has, מאלה meelle, ab his. *Sic* לאשר laascier, cui, quibus, את-אשר eth ascier, quẽ, quam, quos, quas, quod, quæ. מאשר meascier, à quo, à qua, à quibus. *Sic* למי lemi, cuius? cui? quorum? quarum? quibus? את-מי eth mi, quem? quã? quos? quas? ממי mimmi, à quo? à qua? à quibus? *Eodemq̄ modo cetera interrogatiua.*

2 *Quando post* מי mi, מה ma, &c. *sequitur relatiuum* אשר ascier, *vel* ש scie, *illud* מי mi, *vel* מה ma, *non censetur esse interrogatiuum, sed relatiuum, ut Eccles. i.* מה שיהי ma sciehaja, *id quod fuit. Quamquam hoc quoque vulgatus Interpres vertit, Quid est quod fuit? & Septuaginta,* τί ἐ γέγονός;

3 *Etsi reciprocis Hebraei carere videntur, eorum tamen loco utuntur affixis tertiae personae in verbis, nominibus, & alijs rationis partibus, quae affixa recipiunt. In ceteris integra pronomina ejusdem personae adhibent. Ergo וְדָבָרִי de varo, explicatur verbum ejus, & verbum suum: וְדָבָרִי sciemaro, vel וְדָבָרִי sciamarotho, custodiuit eum, vel custodiuit eum: וְדָבָרִי nghalau, super eum, & super eum: Porro, ex orationis contextu vtra significatio sit usurpanda, facile intelligetur.*

#### Appendix de mutatione punctorum in nominibus.

I *Quinque sunt causa, cur aliquando puncta vocalia mutantur in nominibus.* Puncta in nominibus quinque de causis mutantur.  
 Prima est accentus. Secunda, regimen generis. Tertia, numerus multitudinis. Quarta, genus femininum. Quinta, conjunctio cum pronomine possessivo, quod & affixum dici solet.

2 *Accentus duobus modis puncta mutare solet: nam accentus distinguentes, nimirum*

mirum Siluc, Achnach, Zakeph caton,  
 & Revia, frequenter mutant vocales bre-  
 ues in longas, vt - & in -, & ac in vel -,  
 in י, in י. Hinc propter huiusmodi ac-  
 centus saepe legimus שִׁמְשִׁי sciamesc, סוֹבִי,  
 pro שִׁמְשִׁי sciemesc. אֶרֶץ arets, terra, pro  
 אֶרֶץ erets. יִשְׂמְחוּ ismachu, lætabuntur,  
 pro יִשְׂמְחוּ ismechu. חָפְצוּ chaphetsu,  
 volent, pro חָפְצוּ chaphitsu, & similia:  
 contrà verò accentus, qui dicitur maccaph,  
 plerumque vocales longas mutat in bre-  
 ues: hinc מָה ma, ante maccaph vertitur in  
 מַה ma, & כֹּל col, vertitur in כּוֹל col,  
 & sic de cæteris.

3 Alia quatuor causæ non mutant o-  
 mnia puncta, sed solùm quatuor, videlicet  
 - - י, de quorum mutatione antequam  
 explicemus, obseruãda sunt duo: vnum est,  
 præter illa quatuor puncta, etiam sceua  
 interdum mutari: sed ideo non numerari  
 inter puncta mutabilia, quòd nec sit pun-  
 ctam propriè, sed semipunctum; nec mute-  
 tur ob illas causas, ob quas mutantur alia

Sceua non-  
 quam mu-  
 tatur.

pun-

puncta, sed solum ne duo sceuaim initio concurrant, ut utrumque videatur legendum: tunc enim primum sceua vertitur in chirc, ut verbi gratia dicimus ויחלל לילmod, ad discendum, pro ויחלל לילmod: si autem primum sceua sit compositum, ut sub gutturalibus ferè contingit, aufertur solum ipsum sceua, & remanet purum patach, aut purum segol, ut pro ויחלל nghanve, dicimus ויחלל nghanve, mansueti, & pro ויחלל ngehlo, dicimus ויחלל ngehlo, vitulus ejus. Alterum est, quod observari volumus, nomina omnia aut esse monosyllaba, aut dissyllaba, aut polysyllaba: sed tamen eandem esse rationem hoc loco dissyllaborum, & polysyllaborum: in polysyllabis enim non mutantur nisi duoultima puncta, prioribus immotis permanentibus, nisi forte sceua mutandum sit in chirc, ne duo sceuaim simul legantur, ut in nominibus fœmininis plerumque accidit: discernus ergo ordine, qua ratione mutantur singula puncta, tam in monosyllabis, quam

in vltima, & penultima polysyllaborum.

De . . . in monosyllabis.

4 Monosyllaba, quæ habent puncta miserabilia, illa sunt, quæ fiunt à radicibus incipientibus à nun, vel à jod, vel quæ derivantur à radicibus duplicantibus secundam, vel habentibus literam van in secunda, aut literam he in tertia.

De monosyllabillis ex radice Pe nun.

5 Et quidem primi ordinis unum tantum est monosyllabum, nimirum נרד nerd, nardus, quod in plurali facit נרדים neradim, cum affixo נרדי nirdi.

De monosyllabis ex radice Pe jod.

6 Secundi ordinis duo solum inveniuntur, nimirum נצ tse, egestio, à verbo נצו jatsa, exire, & דע deangh, scientia, à verbo דעו jadangh, scire, quæ punctum tuum nunquam mutant.

De monosyllabis ex radice duplicante secundam.

7 Tertijs ordinis multa sunt monosyllaba, quæ quidem puncta sua non mutant, donec

donec monosyllaba manent: si autem propter affixa pronomina, aut aliam quamlibet causam fiant polysyllaba, mutant longas vocales in breues, camets in patach, tsere in chiric, cholem in kibbutz: quia tunc accedente tertia littera incipit daghes appere, quod latebat in secunda, ut יִנְּחָז, nghaz, fortis, in plurali facit יִנְּחָזִים, nghazim. יִנְּחָזִים, nghazim, capra, in plurali יִנְּחָזִים, nghazim. יִנְּחָזִים, nghazim, fortitudo, in plurali יִנְּחָזִים, nghazim. Sunt etiam quinque huius ordinis, quæ irregulariter mutant patach in chiric, ut יִנְּחָזִים, nghazim, latera, יִנְּחָזִים, nghazim, missim, tributa, יִנְּחָזִים, nghazim, pittim, buccellæ, יִנְּחָזִים, nghazim, sippim, limina, יִנְּחָזִים, nghazim, scicim, laquei. יִנְּחָזִים, nghazim, saph, limen, יִנְּחָזִים, nghazim, sciac, laqueus, יִנְּחָזִים, nghazim, tsad, latus, יִנְּחָזִים, nghazim, mas, tributum, יִנְּחָזִים, nghazim, pat, buccella.

*De monosyllabis ex radice*

*Nghain van.*

8 Quarti ordinis monosyllaba sunt etiam per multa, sed quæ ferè puncta vocalia non mutant. Sunt tamen hîc aliquot exceptio-

nes. Prima quarumdam vocum, quæ longas vocales in alias longas irregulariter mutant, nimirum יום jom, dies, ראש rosc, caput, עיר nghir, ciuitas, quæ faciunt in plurali ימים jamim, ראשים rascim, ערים ngharim, טוב tov, bonũ, quod in regimine facit טוט טוב. Secunda est eorum nominum, quæ habet patach sequente jod mobili, זית zaith, oliua, יין jain, vinum, quæ in regimine, cum affixis, & in plurali, mutant patach in tsere, & jod mobile in jod quiescens: dicimus enim זית zaith, oliua, זיתו zetho, oliua eius, זיתים zethim, oliua, זיתתה zeth hassade, oliua campi, similiter בית baith, domus, חיל chail, exercitus, עין nghain, oculus, in regimine singulari faciunt בית chel beth, at in plurali paulò aliter, nimirum בתים battim, חילים chajalim, עינים nghe naim. Idem accidit quibusdam nominibus, quæ vau mobile vertunt in vau quiescens: dicimus enim מות mayeth, mors



מֹתָיו mothau, mors eius. Tertia exceptio est eorum, quæ *vau* quiescens mutant in *vau* mobile, nimirum שׁוֹר scor, bos, שׁוֹך sciok, armus, וֶלֶל platea, דָּוֶד dud, לֶבֶס lebes, quæ in plurali faciunt שׁוֹרִים scievarim, שׁוֹכִים scievakim, דָּוִדִּים devadim.

*De monosyllabis ex radice.*

*Lamed he.*

9 Quinti ordinis monosyllaba, quæ plurima sunt, si habeant *camets*, illud sæpè mutant in regimine plurali in *sceua*: aliàs autem nihil mutant, ut יָד iad, manus, in regimine יָדִי jad, cum affixo יָדוֹ jado, in plurali יָדַימ jadaim, in regimine plurali יָדַי jede.

*Exceptiones.*

Excipiuntur אָב av, pater, & אָח ach, frater, quæ in regimine, & cum affixis recipiunt jod, ut אָבִיו aviu, pater eius, אָחִיךְ achica, frater tuus. Si autem habeant *tsere*, non mutant suum punctum, ut נֶחֱשֶׁת nghets, lignum, נֶחֱשֶׁתִּימ nghetlim, נֶחֱשֶׁת

nghetso. *Excipiuntur* בן ben, filius, & שׂם sciem, nomen, *quæ in regimine singulari mutant isere in segol*, & cum affixis in sceua: in plurali autem בן ben, sequitur regulam masculinorum, שׂם sciem, fœmininorum, hoc modo: בן ben, in regimine בן ben, cum affixo בְּנוּ beno, in plurali בָּנִים banim. שׂם sciem, in regimine שׂם sciem, cum affixo שׂמִי sciemo, in plurali שׂמִיֹּת sciemoth. Sunt etiam duo, *quæ habent segol*, פֶּה pe, os, & שֶׁ se, agnus: quorum prius vertit segol in chiric in regimine, & omnibus affixis, ac numero plurali: dicimus enim פֶּה pe, in regimine פִּי pi, cum affixo פִּיקָּ pica, in plurali פִּים pim. Posterius autem vertit segol in isere in regimine: cum affixis verò loco he, recipit jod mobile, hoc modo שֶׁ se, in regimine שֶׁ se, cum affixo שֶׁיְּהוּ seiehu.

*De polysyllabis.*

*De camets sub penultima.*

10 Nunc de polysyllabis explicandum est. Camets igitur sub penultima litera

*existens mutatur semper in sceua simplex, nisi litera suprascripta sit gutturalis: tunc enim mutatur in sceua compositum, quaecumque accidat causa mutationis, וי שכן sciacen, vicinus, שכנים sciecenim, vicini, שכניו sciecenno, vicinus eius, שכנה sciecena, vicina.*

11 *Excipiuntur illa, quæ derivantur à radice duplicante secundam literam: ea siquidem non mutant unquam suum camets: dicimus enim מגן maghen, clypeus, in regimine מגן maghen, cum affixo מגני maghinni, in plurali מגנים maghinnim.*

12 *Quædam etiam ex iis, quæ derivantur à radice habente ה in tertia, non mutant suum camets, וי שדה fade, ager, quod in regimine quidem facit שדה fede: in plurali verò, & cum affixis, abiicit ה radicale, sed punctum camets non mutat: dicimus enim שדי fadi שדך fadeca, שדים fadim, שדות fadoth.*

*De camets sub vltima.*

13 *Camets sub vltima mutatur in singulari in patach ob regimen, & cum affixis, כֶּם chem, & כֶּן chen: in plurali verò mutatur in sceua ob regimen, & cum affixis כִּם chem, כִּן chen, הֶם & הֵן hem, & הֵן: aliàs inuariatum permanet, וְדָבָר davar: in plurali דְּבָרִים devarim, in regimine דִּבְרֵי divre, cum affixis. Vide exempla superius pag. 73.*

*Exceptiones.*

*Excipiuntur nomina, quæ habent א in fine: illa enim in regimine singulari nõ mutant camets in patach, sed manet camets, & in eo quiescit litera א, וְצָבָא tšava, exercitus, in regimine צָבָא tševa.*

*Excipiuntur etiam nomina, quæ derivantur ex radice duplicante secundam: illa enim in plurali, & affixis, mutant camets in patach, ut daghes in secunda litera infixum vim suam exercere possit, ut supra dictum est, quum de monosyllabis a-*

geremus.

*De tsere sub penultima.*

14 Tsere in penultima nunquam mutatur, nisi post se habeat camets, aut segol: tunc autem mutatur in sceua, vel chiric, ne duo sceuaim simul concurrant in principio, ut שְׂכָר שְׂכָר sciecar, sicera, in regimine שְׂכָר שְׂכָר sciecar, cum affixo שְׂכָרו שְׂכָרו sciecaro, in plurali שְׂכָרִים שְׂכָרִים sciecarim, in regimine plurli שְׂכָרֵי שְׂכָרֵי sciecre. Excipiuntur illa, quæ post tsere habent י : illa enim nunquam mutant suum tsere, ut הֵבֵל הֵבֵל hecal, templum, הֵכָלוֹ הֵכָלוֹ hecalo, templum eius.

15 Notandum verò est, nomina, quæ habent sub vna liera, sub altera, quæ dicuntur quinque punctorum, in regimine singulari nihil mutare.

16 Notandum etiam nomina, quæ habent suprà eiusmodi punctum, ח, aut ו, mutare suum non in :, sed in., quando sequuntur affixa, ut ab שְׂבֵב שְׂבֵב nghesev, herba, fit שְׂבוֹב שְׂבוֹב nghisbo, ab שְׂבֵב שְׂבֵב nghe-mek, vallis, fit שְׂבוֹב שְׂבוֹב nghimko. Sapè e-

iam vertitur in compositum, ut  $\text{חַ$ , vel  $\text{חֵ$   
nam in singulari cum omnibus affixis, &  
in plurali in regimine, & cum affixis,  $\text{חֵ$   
chen,  $\text{חֵם}$  chem,  $\text{חֵן}$  hen,  $\text{חֵם}$  hem, muta-  
tur in  $\text{חֵ$ , &, ne duo sceuaim concurrant,  
ex  $\text{חֵ}$  tollitur, & remanet purum, in plu-  
rali autem status absoluti, & ceteris affi-  
xis, vertitur in  $\text{חֵ$ , exemplum  $\text{חֵגֵל}$  nghe-  
gel, vitulus, cum affixo in singulari  $\text{חֵגֵלִים}$   
ngheglo, cum affixo in plurali  $\text{חֵגֵלָו}$   
nghagalau.

*De tsere sub vltima.*

17 Tsere sub vltima, si in penultima  
fuerit, mutatur in patach, vel in sceua,  
vel non mutatur ad eum modum prorsus,  
quo camets sub vltima: sunt enim omnino  
similia nomina, quæ habent duplex camets  
& tsere, ut  $\text{דָּבָר}$  davar, & quæ habent ca-  
mets & tsere, ut  $\text{שִׁכְנִי}$  sciacen, vicinus.  
At verò si ante non sit, ipsum in regi-  
mine singulari manet immotum, aliàs au-  
tem semper in permutatur, quæcumque  
acci-

accidat mutationis causa. Exemplum בֹּרֵם  
 corem, vinitor, in regimine בֹּרֵם co-  
 rem, cum affixo בֹּרְמוֹ cormo, in plurali  
 בֹּרְמִים cormim, & sic de aliis.

18 Sunt autem duæ exceptiones obser-  
 vandæ: Prima, si accidat propter mutatio-  
 nem huius in : , vt duo scenaim in medio  
 dictionis videantur legenda, tunc : ex hoc  
 descendens vertetur in segol, vt בֹּרְמֵם co-  
 remcem, & בֹּרְמֵנָּן coremcen dice-  
 mus, pro בֹּרְמֵם cormechem, & בֹּרְמֵנָּן  
 cormechen. Secunda, in iis nominibus,  
 quæ deriuantur à radice duplicante secun-  
 dam, sub vltima non mutatur in : , sed in  
 : , vt בֹּרְמֵן maghen, clypeus, in regimine  
 בֹּרְמֵן maghen, cum affixo בֹּרְמֵנִי maghin-  
 no, in plurali בֹּרְמֵנִים maghinnim.

*De segol sub penultima.*

Segol sub penultima, quando sequitur  
 alterum segol, in regimine singulari nihil  
 mutat: aliàs autem, quacumque accidat  
 mutationis causa, vertitur in sceua, & ne  
 duæ sceuaim initio concurrant, primum ver-

titur in chirc, aut in parach, *וְכַד* beghed, vestis, in regimine *בְּגָד* beghed, cum affixo *בִּגְדוֹ* bigdo, in plurali *בְּגָדִים* begadim item *מֶלֶךְ* Melcc, Rex, in regimine *מֶלֶךְ* Melec, cum affixo *מַלְכוֹ* Malco, in plurali *מַלְכִים* Melacim.

*De segol sub vltima.*

20 Segol sub vltima, extra regimen singulare, vbi manet, ferè mutatur in sceua, præterquam quòd in plurali, tam status absoluti, quã cū affixis aliis, à *כֶּם* chem, *כֵּן* chen, *הֶם* hem, *הֵן* hen, quibus in locis mutatur in carnets. Exemplum, *וְכַד* melec, cum affixo *מַלְכוֹ* malco, *מַלְכֵי* malci, &c. In plurali *מַלְכִים* melacim cum affixis *מַלְכָּיו* melachau, *מִלְכֵיכֶם* milchechem. Excipiuntur dualia, quæ vbiq̃ue mutant vltimum in ;, vt *אָזְנוֹן* ozen, auris, *אָזְנַיִם* oznaim, *אָזְנוֹ* oznau.

21 Est autem hoc loco obseruandum, si alicuius nominis tertia litera sit *ח* aut *ע*, tunc loco vltimi substitui: quòd si media litera sit *ח*, aut *ע*, tunc pro vtroque duplex



patach constituetur: quæ puncta -- quum locum obtineant, eodem modo mutabuntur, quo ipsum mutari solet. Exempla sunt פסח Pesach, Pascha, non פסח Pe-ech, זרע zeranh, semen, non זרע ze-ench. נחל nachal, torrēs, non נחל ne-ehel. בעל banghal, dominus, non בעל benghel. Fallit tamen in duobus: dicimus enim רחם rechem, matrix, & לחם lechem, panis.

*De Cholem sub penultima.*


22 Cholem sub penultima non mutatur unquam, nisi post se habeat segol, aut patach, וְחֹדֶס׃ chodesc, mensis, חֹדֶר׃ chodar, forma: aut certè chiric sequente jod in quiescentibus lamed he, וְחֹלִי׃ choli, infirmitas: tunc autem mutatur semper in --, quæcumque accidat causa mutationis, excepto regimine singulari, ubi nulla fit mutatio. Exemplum חֹדֶס׃ chodesc, in regimine חֹדֶס׃ chodesc, cum affixo חֹדֶשׁ׃ chodscio, in plurali חֹדָשִׁים׃ chodascim, in regimine חֹדֶשׁ׃ chodscie, cum affixo,

חֹדַסְיָו chodasciau.

23 Est autem obseruandum, si media litera sit gutturalis, tunc sub prima ponitur camets, sub secunda אֶהֱלֵל ohel, tabernaculum, cum affixo אֶהֱלוּ oholo: præterquam in plurali absoluto, & affixis ei cognatis, id est alijs, præter הֶן hen, הֵם hem, כֵּן chen, כֶּם chem: tunc enim prima litera est cum cholem, vel cum cateph camets, secunda cum camets.


### De Cholem sub vltima.

24 Cholem sub vltima semper manet immobile, vt גָּדוֹל gadol, magnus, in regimine גְּדוֹל ghedol, cum affixo גְּדוּלוֹ ghedolo, in plurali גְּדוּלִים ghedolim: & cæteris ad eundem modum.

  
**P A R S T E R T I A , Q V Æ E S T**  
**D E V E R B O .**

CAPVT I.

*De Verbo in genere.*


**V**erbo in vniuersum acci-<sup>Verbo quæ</sup> dunt sex: <sup>accidunt.</sup> modus, tempus, persona, genus, numerus, coniugatio.

*De modis, & temporibus verborum.*

2 Modos Hebræi habent tres, im-<sup>Modi ver-</sup> peratiuum, infinitiuum, & indicati-<sup>borum tres.</sup> uum: per quos Hebræi eadem effe- runt, quæ Latini per quinque: tem-<sup>Tempora</sup> pora tria, præteritum, præsens, & fu-<sup>tria.</sup> turum. Quæ omnia hunc habent ordinem.

Primo loco statuunt *נָחַוַּר* *nghavar*, id est præteritum, tum quòd ordine naturæ præcedat reliqua tempora, tum

Præteritum  
variis modis  
explicatur.

rum quòd eo contineatur thema, siue radix ipsa, vnde reliqua ferè tempora formantur. Porro hoc vnum præteritum pro loci exigentia explicandum est ita, vt modò perfectum, modò imperfectum, modò plulquã perfectum tempus designet: & idem non modò ad indicatiuum, sed additis præsertim certis particulis, ad optatiuum, & ad coniunctiuum referatur: coniunctiuum tamen per generundia sæpius efferunt.

Benoni.

Secundo loco בִּנּוּנִי *Benoni*, id est intermedium, quod nos vocamus participium actiuum, siue præsens, præsentis temporis, vt לֹמֵד *lomed*, discens. Quinetiam hoc Hebræi verbũ ipsum præsentis temporis, quo carent, & interdum etiam imperfecti, circumloquuntur, tum verò solent cum pronomine jungere, vt אֲנִי בּוֹקֵד *ani poked*, ego visito. Sæpe etiam vsurpatur substantiuè pro nomine verbali,

bali, sine vlla temporis notatione, vt  
 שומר *sciomer, custos*, שופט *sciophet, iudex*.  
 Semper tamen participium, vt in a-  
 liis linguis, ita in hac more nominũ  
 flectitur, caretq; idcirco personis.  
 Vocatur autem Intermedium, quia  
 utimur eo ad significandum præsens  
 tempus, quod est medium inter præ-  
 teritum, & futurum. Et tunc solent  
 præponere pronomen, vt אני פוקד *a-*  
*m poked, ego visito*.

Tertio loco ponunt participium  
 passiuum, quod ipsi vocant פועל  
 נגהל, quæ vox desumpta est ab anti-  
 quo paradigmate, vt si nos partici-  
 pium passiuum vocaremus, Amatus.  
 Indicat autem rem quæ fiat, vt נגהל  
 נגהל, *vapulans*. Latini, quia partici-  
 pio passiuo præsentis temporis ca-  
 rent, sæpè vna voce hoc reddere ne-  
 queunt: interdum tamẽ videtur pa-  
 ul habere vim participij præteriti, vt  
 שומר *sciannur, custoditus*, seu qui  
 custo-

*custoditur.*

Infinitivus  
tur vocetur  
ons.

Quarto loco ponunt Infinitivum, quem מקור *makor* appellant, id est fontem, quod videlicet modus significandi ab eo fluat, & in diversa discriminetur tempora. Ex infinitivo, qui nullius est certi generis, numeri, vel personæ Gerundiū formant, auxilio harum quatuor literarū כ ל ם ב *biclam*, ut infra demonstrabimus.

Gerundium.

Imperati-  
us.

Quinto loco ponunt Imperativum, quem dicunt ציווי *tsivvi*, qui solum secundam personam utriusque generis, in utroque numero comprehendit.

Postremò addunt Futurum, quod nominant נגהת *ngathid*, id est paratum, quod significat rem futuram iam esse paratam, ut fiat.

Futurum.

Porro hoc etiam tempus modò per indicativum, modò per optativum, modò per subiunctivum, pro loci exigentia, vertendum erit. Est autem

autem hujus temporis vsus & varius  
 & frequētissimus: sæpè enim sumi-  
 tur pro præterito perfecto, ac potis-  
 simùm apud Prophetas: interdum  
 pro imperfecto, vt Num. 10, *וַיִּנְחַל*  
*nghal pi Iehova jachanu*, juxta  
 præceptum Domini castrametabatur, in-  
 terdum etiam pro præsentii, vel pro  
 potētiali, quod Græci, & Latini ap-  
 pellant: quādo videlicet continua-  
 tio quædam actionis indicatur, vt  
 Eccl. 1. *Quid habet homo amplius in om-  
 ni labore suo*, *וַיִּעֲמֹל* *scie janghamol*, quod  
 laborat sub Sole, vel *δύνη λυγῶς*, laborare  
 solet. Denique etiam non rarò vsur-  
 patur pro imperatiuo, præsertim in  
 tertia persona vtriusque numeri, &  
 prima pluralis, quibus personis im-  
 peratiuus caret apud Hebræos, vt  
 Gen. 1. *וַיִּהְיֶה אֵר* *jehi or*, fiat lux.

*De personis.*

3 Personæ sunt tres, prima, secun-  
 da, tertia. Incipiunt autè Hebræi, à

G tertia

Cur à tertiã  
incipiãt He-  
brai.

tertia, & ab ea per secundam veniunt ad primã: propterea quòd semper verbũ in tertia persona simplicius est, & inde per additionem quarũdam literarum, quæ ferè ex vltimis pronominum syllabis desumuntur, formantur cæteræ voces.

Porro prima persona vtriusque numeri semper est communis generis, vt etiam præteriti tertia pluralis. Reliquis personis propria genera attribuuntur.

#### *De Genere.*

Genus in ver-  
bis triplex.

4 Genus triplex est in verbis, vt in nominibus, masculinũ, fœmininũ, cõmune: & sæpissimè ex verbo cognoscitur cuius generis sit nomen quod cum eo coniungitur. Ac propterea hoc genus à nonnullis dicitur nominale, vt ab eo differat, quod est magis verborũ propriũ, & verbale appellari solet: quod ferè est quadruplex, Actiuum, Passiuum,

Neut



Neutrum, Commune.

*De Numero.*

5 Numeri in verbis non sunt nisi Numeri duo  
duo, singularis, & pluralis: duali numero verba carent, cujus loco Pluralis vsurpatur.

*De Conjugatione.*

6 Conjugatio propriè nō est nisi Conjugatio vna proprie  
vna: omnia enim verba eodē modo inflectuntur: quia tamen hæc vna conjugatio ( quod ad significationem spectat & primas voces ) octo modis variatur, eosq; modos conjugationes alij vocāt, loquemur & nos cum multis: & octo esse cō- Conjugationes octo.  
jugationes admitemus, nimirū Kal, Niphal, Piel, Pual, Poel, Hiphil, Hophal, Hitpael: quæ omnes ita appellantur ab antiquo paradigmate *הַיָּאֵן פָּאֵן הָאֵן* *panghal, fecit*, vt si Latini primam conjugationem appellarent Amo, fecundam Amor, &c.

Ceterum ex hoc Paradigmatē id

solum vsus loquēdi retinuit, vt prima litera cuiuscunque radicis dicatur *Pe*, secunda *Ng*hain, tertia *Lamed*, eodem scilicet ordine, quo hæ tres literę in hoc verbo collocatę sunt. Quare diligenter erunt notanda, quòd vbique huiusmodi appellationes magno sint vsui.

## CAP. II.

*De verbo perfecto.*

**D**iximus de verbo in genere, nunc de vtraque verborum forma dicendum est.

Sunt enim verborum Hebraicorū alia perfecta, alia imperfecta. Perfecta dicuntur, quæ solùm tres literas habēt in themate, quæ radicales dicuntur, & ex iis nulla excidit inter conjugandum. Imperfecta dicuntur, quæ vel constant pluribus quàm tribus literis radicalibus, aut ex tribus inter conjugandum aliquam amittunt.

Perfecta verba quænam.

Imperfecta.

2 Et quamquam sunt omnes cōjugationes, tum perfectis, tum imperfectis communes: earum tamen naturam, discrimina, vsum, regulas, in perfectis potissimùm declarabimus: non modò quia de iis priùs agēdum videtur, vt ordo ipse postulat: verum etiam quia illis cognitis, imperfecta faciliùs cognoscentur.

3 Prima igitur cōjugatio *לְקַל* *pa-nghal*, vel vsitatiùs *לְקַל* *kal*, id est leuis, seu expedita vocatur, quòd nullam, initio præteriti, literam, præter tres radicales adsciscat: neq. daghes forti oneretur in secunda radicali.

4 Continet autem verba partim absoluta, vt *עָמַד* *nghamad*, *stetit*, partim trāsitiua, vt *שָׁמַר* *sciamar*, *custodiuit*.

*Paradigma verbi perfecti in prima conjugatione Kal.*

<i>לָמַד</i>	<i>Didicit m.g.</i>	<i>לָמַד</i>	Indicatiuus.
<i>Didici g.</i>			Præteritum.

<i>לָמַדְתָּ</i>	<i>Didicisti m.g.</i>	<i>עָבַד</i>
	<b>G</b>	<b>3</b>
		<i>Didi</i>

Discite f.g.

למודנה:

Futurum.

עתיד

Discam c. g.

אלמוד

Discet m.g.

ילמוד

Disces m.g.

תלמוד

Discemus c.g.

נלמוד

Discent m.g.

ילמדו

Discetis m.g.

תלמדו

Discet f.g.

תלמוד

Disces f.g.

תלמדו

Discent, & discatis f.g.

תלמודנה

Qui docentur.

למודים

Que docetur.

למודה

Qua docentur.

למודות:

Infinitivus.

מקור

Discere

למוד vel למוד

in discendo

בלמוד

quum discerem, &c. Particip. actiu.

בלמוד

ad discendum

ללמוד

à discendo

מלמוד:

Imperativus.

צווי

Disce m.g.

למוד

Discite m.g.

למדו

Disce f.g.

למדו

Didicerunt c.g.

למדו

Didicistis m.g.

למדתם

Didicimus c.g.

למדנו

Didici f.g.

למדה

Didicisti f.g.

למדת

Didicisti f.g.

למדתך:

Discens m.g.

ביוני

Discens m.g.

לומד

Discentes m.g.

לומדים

Discens f.g.

לומדה vel לומדה

Discentes f.g.

לומדות:

Particip. Passiu.

לומד

Qui docetur.

למוד

לומד

## Admonitio.

Tum in hoc Paradigmate, tum in cō-  
 sequentibus non modò litera, quæ radica-  
 libus aut præponitur, aut additur, siue  
 inseruntur, sed etiam puncta singula dili-  
 gēter obseruanda. Paradigmata enim in-  
 star regularum esse debent. Quare nos ea  
 tantùm persequemur, quæ ex paradigma-  
 tis cognosci nequeunt, aut à communi nor-  
 ma recedunt.

## REGVLÆ.

## De Præterito.

1 Tertia persona, quæ est ipsa radix, Tres termi-  
 nationes ter-  
 tiæ personæ,  
 Præteriti, vel thema, tres habet pñctorum formas.  
 Prima est cum -, vt לָמַד lamad. Quæ  
 forma verborum est communis. Secunda  
 cum. & -, vt יָפַי zaken, senuit. Ceterũ  
 eodem prorsus modo declinatur, quo pri-  
 ma. יָפַי zakanta, senuisti, יָפַי za-  
 kanti, senui, excepto Benoni, de quo pau-  
 lò infrà. Tertia cū. & i, vt יָכֹל jachol,  
 potuit: quæ tamen est rarissima, & re-  
 tineri suum cholem in Præterito, præters  
 G 4 quam

quam in tertia persona fœminini singularis, יכלה, jacela, potuit, & tertia pluralis, יכלו, jacelu, potuerunt.

### Exceptiones.

1 Tertia persona singularis fœminini sub vltima radicali ם vel ן, habet patach pro sceua, לקחת, lakachat, accepisti, שימעה, sciamanghat.

2 Secunda radicalis interdum habet segol in secūda persona plurali שאלתם scie eltem, postulastis, à quo etiam שאלתי sciaalti, sicut à ילד, jalad, genuit, ילדתי jalidti, & ירשתם, jerisctem, hæreditatem adiistis, à ירש, jarasc.

### De Benoni.

1 Benoni sæpè habet cholem sine vau נחמה, nghomed, stans, למד, lomied, discens. Interdum etiam secundum punctum est chiric gadol, תומך, tomic, sustentās.

2 In verbis secundæ formæ, ubi secundum Præteriti punctum est tsere, Benoni à Præterito non differt, vt זקן, zaken, senuit, & senescens, seu senex: nam sæ-

DE VEBO PERFECTO, IOS

pè benoni tanquam nomen toar videtur  
vsurpari.

3 Prior vox fœminina status est abso-  
luti, posterior regiminis, & affixorū. Quòd  
si vltima radice sit gutturalis, pro duplici  
segol ponitur duplex patach, **תּוּמַח** scio-  
manghath: quod pro sequentibus etiam  
conjugationibus observandum.

De Paul.

Hoc participiū differt à pãrticio con-  
jugationis secundæ, quòd hoc significet rem  
fieri, dum adhuc fit, quæ adhuc perma-  
neat. Interdum pro sciurec inuenitur kib-  
buts, vt **לַבַּשׁ** lavusc, indutus. Intransiti-  
ua hoc tempore carēt, vt **נָפַל** naphal, ce-  
cidit, **עָמַד** nghamad, stetit. Quædam  
nomina huic participio similia videntur.  
**שׂוֹכֵן** sciacun, habitator, **עָזָז** ngha-  
tsam, fortis.

Appendix.

1 Quædam sunt participio vtriq; com-  
munia, id est patach necessitatis, **פּוֹתֵחַ** po-  
theach, aperiens, **פּוֹתֻחַ** pathuach, qui

aperitur,  $\text{יָדַע}$  sciomeangh, audiens,  $\text{שָׁמַע}$  sciamuangh, qui auditur. *Quin etiam in Benoni retrocedit interdum patach ad secundam, loco tsere,  $\text{נָטַע}$  notangh, plantans, pro  $\text{נָטַע}$  noteangh, quæ apud Græcos & Latinos diceretur Syncope.*

2 *In participiis est regimen ut in substantiis. Ergo propterea etiam puncta mutant,  $\text{פָּעִלֵי אָוֶן}$  ponghale aven, facientes iniquitatem.*

*Nonnulla utrumque participium desiderant,  $\text{קָרַב}$  karav, appropinquavit,  $\text{רָחַק}$  rachak, elongavit, & alia multa. Ergo in his nomen Toar loco utriusque participij adhibetur,  $\text{קָרוֹב}$  karov, propinquus,  $\text{רָחוֹק}$  rachok, longinquus.*

*De infinitiuo.*

*Infinitiui formæ tres inveniuntur,  $\text{לְמֹד}$  lamod,  $\text{לֵמֹד}$  lemod,  $\text{לְמַד}$  lemad. Prima ( $\text{לְמֹד}$  lamod) ferè usus est, ut jungatur alijs modis augendi causa, ut dicitur per. 4. cap. 3. de Syntaxi. Cholem in vlti-*



ma hic frequentius habent actiua, quàm patach, etiam illa quorum tertia est gutturalis: *nina* pethoach, aperire, *ויש* sciemoangh, audire. Neutra ferè amāt patach, *שכב* sciechav, dormire.

De Gerundius.

1 Gerundia formantur è secunda, & tertia forma Infinitivi, præpositis literis quæ Literæ quæ formant gerundia. *בב* *בב*, qua receptio more literæ *bichlam*, vel Gerundy appellatur. Porrò ex his prima tres *בב* *bichla*, hoc habent commune cum tribus literis futuri *ית* *itten*, quòd recipiunt *chiric* paruum pro *sceua*, sequente *sceua*, ne duo *sceua* in initio concurrant: *ב* verò habet *chiric* sequente *daghes*, quia non est simplex litera, sed integra præpositio *ב* *min*, quæ abjecta secunda litera, solet ejus loco insingere *daghes*.

2 Si prima radice est gutturalis, quæ requirit *sceua* cōpositum: aut, tunc litera *בב* *bichla*, & litera *ית* *itten*, sub se habebunt punctum affine sequenti, hoc est  
- vel

-vel- , *וְ* *בְעִבּוֹר* *banghavor*, in transfundo, *וְ* *בְּעִזּוֹר* *beezor*, in auxiliando, *וְ* *תַּחְבּוֹר* *tanghavor*, transibis. Idem ferè servatur in Imperativo, & Futuro.

3 Quòd si, ut sæpè fit, gutturales simplici scema contentæ sint, tamen literæ serviles, formativæ gerundij, & futuri, suum -vel- retinebunt, ut *וְ* *יַחַפּוֹתִים* *jachphots*, *וּ* *וּלְעִזּוֹר* *langhzor*, ad auxiliãdũ. Porro hæc tertia, & secunda regula Gerundiorum etiã Præterito Niphâl cõmunis est.

### Appendix.

1 Quod autem ad *וְ* *סוּמ* *sum*, significatiõnemq. literarum *בְּכֹלָם* *bichlam* attinet in gerundijs: duæ priores *בְּכֹלָם* *bich*, tempus aliquando præsens, & frequentius imperfectum perfectumq. respiciunt: duæ posteriores *לָם* *lam*, ad futurum ferè referuntur. *בְּ* significat *In*, *Inter*, *Quum*, *Quando*, *Posteaquam*. Idem ferè *בְּ*. *לָ* autem significat *ad*, ut. *עַד* *è*, *ex*, *de*, *à*, *ne*.

2 Ex his gerundijs efficitur *וְ* *סוּמ* *sum* *circumlocutio conjunctivi*, ut ex his exemplis

plis

*plis patebit: בלמוד נער bilmod nanghar, in discendo puer, id est quum discit puer, quum disceret, postquam didicit, quum didicerit, vel didicisset, &c. Idē ferè significat חלמוד נער chilmod nanghar. Ita etiam ללמוד נער lilmod nanghar, ad discendum puer, id est ut discat: מלמוד נער millemod nanghar, à discendo puer, id est ne discat, &c.*

3 *Infinitivus, & Cerundia cum ה paragogico habent plerumque: sub prima radicali, ut למשחה lemosccha, ad vngendum. Interdum idem est punctum sub secunda, לרחקה lerachoka, ad elōgandum: vel sub prima חמצה chumtsa, fermentare. להמלה lechumla, ad parcendum. Quae sequuntur terciã formam (למד lemad) habent chiric sub prima radicali, ut לרבעה lerivngha, ad accumbendum: vel propter gutturalem לאשמה leascma, ad delinquendum. Quòd si secunda thematis sit gutturalis, sub ea erit: לתאבה le-thaa*

*De Imperatiuo.*

1 Fere imperatiuus sequitur terminacionem Infinitiu: interdum tamen in patach desinit, quum scilicet verbum est neutrum, aut quum secunda thematis est gutturalis, aut tertia est, ה, ו, vel שׁכב, ו, icie cav, jace, גאל, ו, gheal, redime, פתח, ו, patach, aperi.

2 Pluralis fœminina abicit interdum vltimum ה cum precedente camet, interdum retinet camets abjecto ה, ו, שמעו, ו, sciemanghan, audite, pro שמענה, ו, sciemanghena, קראו, ו, Kerena, vocate, pro קראנה, ו, Kerena.

*Appendix.*

9 ה Primum est ex paragogicis. 2 ex formatiuis nominum verbalium secundũm plerosque: tamen Rab. David Kimchi in Ioelem existimat he nunquam formare nomina: & rationem adfert sanè probabilem. Literæ enim nominum formatrices adeò necessariae sunt, vt sine illis nomen nihil omnino significet. Nam si ex מזמור *mizmor, Psalmus,* auferas formatiuum verbalis זמור *zemor, non erit nomen.* At omnia nomina, quæ videntur habere he formatiuum, etiam

tiam sine ipso he integra, & vera nomina sunt, vt לילה & ליל *lail*, & *laila*, *nox*, חדר & חדרה *cheder*, & *chadra*, *cubiculum*, & alia. 3. est nota generis fœminini, & fermè habet ante se camets cum accentu. 4. est signum demonstratiuum, idémque valet apud Hebræos, quod articulus apud Græcos: & ferè tunc sub se requirit patach sequente daghes, vt הבית *habbaith*, *illa domus*. quòd si litera sequens non sit capax daghes, ponitur sub ה camets loco patach, vt העבד *hanghened*, *seruus*, הרועה *haronghe*, *pastor*.

### Exceptiones.

1. Excipiuntur litera ה, ו, ח, ante quas ה demonstratiuum retinet suum patach, vt ההיכל *hahechal*, *templum*, החלון *hachallon*, *fenestra*.

2. Excipiuntur etiam literæ gutturales, quæ sub se habent camets in dictionibus non monosyllabis: nam ante eas, ה demonstratiuum plerumque habet segol, vt העשן *hengh*

henghalscian, fumus.

3 Excipiuntur denique litera scevata, ante quas ꝛ retinet suum patach, etiam si illa non sint notata puncto daghes, ut חַיִּהוּךְ hajeor, flumen. 5. preposita hac litera verborum participiis, gerit vicem relativi, ut חַיִּהוּךְ hannirea, qui cernitur. 6. est nota admirationis, & interrogationis: & tunc recipit plerumque sub se patach sceva, ut חַיִּהוּךְ haze, num iste: ante gutturales autem, notatas puncto camets, requirit segol, ut חַיִּהוּךְ hehajetha zoth, num factum est hoc? ante easdem verò non notatas puncto camets requirit patach, ut חַיִּהוּךְ haisc camoni, num vir sicut ego? Septimum, ad finem dictionis hac litera saepenumero servit loco prepositionis ad, vel in, ut חַיִּהוּךְ mitsraima. in Ægyptum, חַיִּהוּךְ jamima, in dies. 8. interdum est adverbium vocandi, sive articulus vocatiuus casus, ut חַיִּהוּךְ hassciamaim, o cali. 9. est figurativa coniugationis Hiphil,

P. Hoph.

*Hophal, & Huhpael.*

10 1 Primum est ex literis paragogicis. 2. ex formatiuis pronominum. 3. est nota numeri pluralis in verbis. 4. est nota copulatiua significans, & atque, autem, & sæpissimè præponitur ad initia librorum, vel sententiarum, ornatus gratia, vt Exodi 1. vers. 1. וְאֵלֶּה שְׁמוֹתָם *veelle sciemoth,* & *hæc sunt nomina.* Interdum etiam significat quia, vt Genes. 14. vers. 19. *Melchisedech protulit panem, & vinum,* והוא כהן *hehu cohen,* ipse enim sacerdos Et Gen. 30. vers. 27. ait Laban, חַשְׁתִּי וַיְבָרְכֵנִי יְהוָה *nichashti vaievarcheni Iehoua,* *Expertus sum, quòd benedixit mihi Dominus.* Significat quoque sic, ve similiter, in libro Prouerb. frequen- tissimè, item, sed, certe, vtrùm, & hi similia.

ii punctum eius solenne est sceuatamen ante literas labiales, quæ sunt בּוּמַפּ *bumaph,* & ante sceuatas requi-



rit sciurec, quod pro vocali breui in  
 ejusmodi locis haberi solet. Si tamen  
 litera sceuata sit jod, abjecto sceua,  
 ponitur chiric sub litera ו, vt וימין *vi-*  
*min*, & *dextera*, pro וימין *vejemin*: ante  
 literas autem gutturales affectas pun-  
 cto raptο habet punctum simile, vt  
 ואליל *veelil*, & *vanitas*, & per contra-  
 ctionem abiicitur sæpe ipsum pun-  
 ctum raptum, vt ואדוני *vadonai*, pro  
 ואדוני *vaadonai*.

12 Quando etiam ex puncto ra-  
 pto sub litera gutturali excidit sce-  
 ua, similiter vau præcedēs habet pa-  
 tach, vel segol sine sceua, vt ונחשה *va-*  
*nghase*, & *fac*, ונחשה *veechse*, & *sperabo*.  
 Excipitur nomen אלהים *elohim*, ante  
 quod vau semper habet tsere, abie-  
 cto segol, vt ואלהים *veelohim*, & *Deus*.  
 Quando verò vau coniungit duo  
 nomina, & secundum est monosyl-  
 labum, vel habet accentum in penul-  
 tima, semper sub se habet camets, vt

וְיָוָה וְיָוָה *iohu vavohu, inanis & vacua.*

13 Quintum, *vau* conuertit significationem præteriti in significationem futuri, & è contrario. Conuertit quidem præteritum in futurum, quando præcessit aliud futurum, vel certè non præcessit præteritum: tunc autem *vau* versusum non distinguitur notatione à *vau* copulatiuo, id est, habet sceua, vel alia puncta, vt *vau* copulatiuū: sed hoc addit, quòd semper accentum reicit in vltimam, vt וְשָׂמַרְתִּי *vesciamari, & custodiam.* Excipiuntur quiescentia Lamed he, quæ retinent accentum in penultima, vt וְגַלְתִּי *vegaliti, & migrabo.*

Futurum autem vertit in præteritum quando habet sub se patach sequente daghes, vt וָיָמָוֹת *vajamot, & mortuus est,* quod tamen daghes excidit ex litera sceuata, euphoniæ causa, וָיָיָחִי *vaiehi, & fuit.* Quòd si litera sequens non sit capax daghes, habet

camers loco patach, & accentum ab  
ultima ad penultimam retrahit, וָאָמַר  
*vaakom, & surrexi.*

14 כ Primum quidem est nota si-  
militudinis, significans, sic, secun-  
dum, iuxta sicut. Deinde verò est  
nota coniecturalis, significans circi-  
ter, quasi. 3. est ex literis formatri-  
cibus pronominum. 4. ex forma-  
tricibus gerundiorum. Interdum ad-  
sciscit particulã ׀, & efficit integram  
dictionem ׀וָאָמַר *camo, sicut, & tunc re-  
cipere potest etiam affixa, וְאָמַרְתִּי *camo  
ni, sicut ego: וְאָמַרְתָּ *camocha, sicut tu, &c.***

Proprium est hujus literæ, & dua-  
rum sequentium, ut non patiantur  
post se ׀ demonstrativum, sed eo re-  
iecto, assumant punctum ejus, ut  
בְּשָׁמַיִם *chassiamaim, sicut celi, pro בְּשָׁמַיִם  
chehassiamaim, Puncta hujus literæ,  
& duarum sequentium, eadem sunt  
quæ vau copulatiui, eo excepto,  
quòd propter literas sceuatas non*

mutant sceua in sciurec, sed in chiric,  
& ante literas labiales retinent suum  
sceua.

15 ל Primum est articulus datiuī,  
ac genitiuī casus, & interdum etiam  
accusatiuī. 2. est vna ex formatrici-  
bus gerundiorum. 3. seruit loco præ-  
positionis significans, ad, in, propter,  
&c. Recipit quoque affixa, vt supra o-  
stensum est in capite de pronomi-  
ne.

16 כ Primum est vna ex literis for-  
maticibus gerundiorum. 2. seruit  
loco præpositionum, in, cum, ab, &c.  
3. designare solet ablatiuum instru-  
menti vel pretij, vt בכסף קניתי *beche-*  
*seph kaniti*, argento emi, בחכמתך עשיתי  
*bechochmathechanghasita lecha-*  
*chail*, sapientia tua parasti tibi virtutem.  
Recipit hæc litera etiam affixa more  
nominum, & verborum, vt בן בן בן

בהם בכס' בנו בה' בך בהן בכך

Appendix de permutatio-

ne literarum.

Sapè, vel certè non rarò, literæ in Bibliis permutantur.

1 א Ponitur pro ה, ut גַּבְתָּא gavtha, eleuata est, שָׁנָא sciens, somnus. Et pro Iod, ut רִפְּיָנוּ rippinu, curauimus, pro רִפְּיָנוּ rippinu, & pro litera geminata בָּזְזוּ bazeu, diripuerunt, pro בָּזְזוּ bazezu.

2 ג pro ו, ut יִשְׁתֵּי iste, pro זֶה.

3 ה pro א, ut הוֹצִיָה hotsi, pro אוֹצִיָא oti. educam: בָּה veniens, pro בָּא.

4 כ pro ב, ut כְּרוּחַ סָרִיס cheruach kadim, in vento orientali, כִּדְמֵי chidme, in sanguinibus.

5 מ pro נ, ut תַּנְיִים tannaim, pro תַּנִּין tānin, serpens, וַיִּגְרָשׁוּם vajegarescium, & expulerunt eas, scilicet filias Madiā.

6 נ pro ס, ut מְלַכִּין melachin, Reges, יָמִין iamin, dies. sed hæc redolent Chaldaismum.

7 ס pro ש, ut יָסוּר jasor, dominabitur, pro יִשׁוּר. Huius literæ permutatio frequens

*est in Sacris libris.*

8 ת pro ה, וְשִׁבְחָהּ! vesciavath, & reuertetur. Hoc in fœmininis frequentissimum est, quum regimen pro absoluto adhibetur. Verùm hæc fusiùs hoc loco persequi non est necesse.

### CAPVT III.

*De inuestigatione radicis, siue Thematicis, & vsu Dictionarij.*

**D**ictionaria Hebræorum non continent ordine alphabetico nomina, verba, ac cæteras dictiones omnes, sed solum themata, siue radices, quibus subiiciunt eas omnes voces quæ ab illis deriuantur. Vt igitur quocunq; vocabulo oblato radicem ejus inuestigare possimus, primùm mandanda est memoriæ diuisio literarũ in vndecim radicales suis vocibus comprehensas קַסְר זַנְגְּהַפְּ גְּחַי חֶסֶד kaisar zanghap ghet chesed, & vndecim seruiles

משה וכלב איתן *Moscie vechalev etan:*  
 quam diuisionem capite superiore  
 tradidimus. Deinde sciendum est, ex  
 vndecim seruilibus quatuor esse, quæ  
 etsi initio dictionis aliquando ser-  
 uiant, tamen in medio ac fine, sem-  
 per sunt radicales, videlicet, שאלב *el-*  
*bas*. Item alias quatuor in principio,  
 & fine dictionis non rarò seruire: in  
 medio autem semper ad radicem per-  
 tinere, videlicet מנכה *menocho*. Deni-  
 que reliquas tres מן *reui*, vbi que radi-  
 cales & seruales esse posse.

2 Quibus obseruatis, oblata voce,  
 cuius radicem quærimus, initio re-  
 mouendæ sunt omnes literæ serui-  
 les, & si quidem remanent literæ tres  
 radicales, ex sine dubio radicem ef-  
 ficiunt. Quòd si seruilibus remotis  
 non remanent tres literæ radicales,  
 videndū est an è seruilibus ejusdem  
 vocis aliquæ sint de numero earum,  
 quæ sunt semper de themate. At si-

ne hoc quidē modo inuenietur the-  
 ma, expendendum erit, num forte  
 reliquæ literæ dictionis eiusdem, quæ  
 tum radicales, tum seruales esse pos-  
 sunt, in ea dictione sinradicales. Si  
 denique constet, eas non esse vllō  
 modo radicales, apparebit vocem  
 ex imperfectis esse, hoc est ex quie-  
 scentibus, vel defectiuis, & idcirco  
 præponendum erit initio Nun, aut  
 Iod: vel inferendum in medio Vau,  
 aut Iod: vel ad finem addendum He  
 aut Nun: aut certè secunda litera du-  
 plicanda.

## CAPVT IIII.

*De Syntaxi.*

Quoniam ea, quæ ad con-  
 structionem pertinent, sũt  
 ferè omnia Hebraicæ lin-  
 guæ cũ cæteris cõmunia: &  
 vsu, ac lectione scripturarum facilè  
 percipi possũt: rē totam paucis com-  
 ple-



plectemur. Ac primùm explicabimus cōstructionem quidem nominis cum verbo, deinde adjectiui cum substantiuo, tum substantiui cum substantiuo: postremò relatiui cum antecedente.

I Nomen, & verbum in genere, numero, & persona conuenire debent, vt Genesis 1, יהארץ היתה *vehaa-rets hajetha*, terra erat: יהי אור *jehi or*, sit lux. Hoc tamen non vbique serua- tur: sæpe enim nomen generis masculini jungitur verbo generis fœmi- nini, vt lib. 2. Reg. capit. 13. vers. 37. וַתִּכַּל דָּוִד *vattechal David*, & cessauit David: & contrà, vt 1. Reg. c. 25, vers. 7, הֵינִי שִׁפְחָתְךָ *heui sciphcharhecha*, attulit ancilla tua. Sed in his & similibus videtur intelligendum aliquod ver- bum commodum, vt cessauit David, id est, anima Davidis: attulit ancilla tua, id est seruus pramissus nomine tuo, quæ sum ancilla tua: vel cer-  
tè

tè scriptura magis ad rem significatam respicit, quàm ad vocem significantem, vt Cant. Cap. 2. vers. 7.

הַשְּׁבַעְתִּי אֶתְכֶם בְּנוֹת יְרוּשָׁלַם אִם תַּעֲיִרוּ וְאִם תַּעֲזָבוּ  
 תַּעֲזָבוּ אֶת-הָאֱהָבָהּ *hiscbaghnti ethchem  
 benoth Ieruscialaim im tanghira veim tenghoreru eth haahavah* Adiuro vos filia Ierusalem, si excitetis, & si euigilare faciatis, hoc est ne excitetis, né ve expergisci sinatis dilectam, vbi תַּעֲזָבוּ *tanghiru*, & תַּעֲזָבוּ *tenghoreru*, verba sunt generis masculini, quia filia Ierusalem appellantur ciues vrbium, Ierosolymæ subjectarum. Et Eccles. i. ver. 2. אָמַר קוֹהֵלֶת *amar kopheleth*, dixit concionatrix, hoc est, anima Salomonis, &c.

2 Quod dicimus de genere, etiam de numero dici potest. Inuenitur enim sæpe nomen numeri singularis cum verbo numeri pluralis, vt Hag. c. 2. v. 8. וּבָאוּ חֲמֵדַיִם *uvau chemdaim goim*, & venient desiderium gentium: & contra, vt Gen. i. v. 14. יְהִי עֹרֵךְ *je hu meor*

*neoroth, sit luminaria*: solet autem hoc fieri prater communē regulam, quālo nomen singularis numeri regit nomen numeri pluralis, vel contra: unc enim verbum conuenit in numero cum posteriore nomine, etiam i in obliquo sit, vt Iob. 15. v. 20. מִסְפָּר שְׁנַיִם נְעָפָן *mispar scianim nispenu*, numerus annorum reconditi sunt: Eccles. c. 10. v. 1 זְעִינָה וְזָבִיחוּת יִבְאֵשׁ יִבְעֵ שָׁמֶן זְעִינָה *zeuue naueth iaveisc jabbiangh sciemen*, misce noris, hoc est mortuæ, perdit suauitatem vnguenti. Ad verbum, facit foetere & exhalare (foetorem) vnguenti.

3 Solet etiam id fieri, quando nomē pluralis numeri distributiue exponi potest, vt Gen. c. 49. ver. 22 בְּנוֹת צִפְרָה *banoth isanghada*, filia discurret, id est vnaquæque filiarum discurret.

4 Interdum quoque id fit, quum nomen plurale singularem significat. vt Exodi c. 21, v. 4 אִם אֶדְוָנוּ יָתֵן, *im adonau iten*, si domini ejus dederit, id est, si

si dominus eius dederit: accipitur enim passim nomē אֲדוֹנִים *adonim* pro אֲדוֹן *adon*.

9 Ad mysterium denique Trinitatis insinuandum, vt Genesis c. 1. v. 1. בָּרָא אֱלֹהִים *bara elohim*, creauit *Dy*, id est Deus in personis trinus creauit.

6 Est etiam animaduertendum, sæpe apud Hebræos desiderari verbi substantiuum, vt Psalm. 34. v. 8. כִּי יָחַד רַחֵם יְהוָה *reu chi tov lehoua*, videre qui bonus (est) *Dominus*.

7 Item non rarò vsurpari tertiam personam verbi actiui in passiuam significatione, vt Genes. 16. לֹא-בָן קָרָא *nghal chen kara livee beer lachai roi*, propterea vocauit puteum *puteum*, id est, vocatus est puteus, ve vocauit quispiam, hoc est cœptum est vocari iam tum puteus *vinemis*, & *videntis*.

2 Adiectiuum, & substantiuum, in genere, numero, & casu plerumqu

consentiunt, vt Cant. cap. 4, vers. 1.  
 יפה רעית *japha ranghjat*, *pulchra amica*  
*mea.* Cant. ;. vers. 10. דודי צה *dodi tsach*,  
*dilectus meus candidus.* Interdum ta-  
 men, sed raro, inuenitur adiectiuum  
 generis masculini cum substantiuo  
 generis foemini, vt Exodi 11. ver. 6,  
 כמותו כעצמו *tsenghaka camohu*, *sicut ipse*,  
 hoc est, *acclamatio sicut ipsa.*

9 Interdum etiam adiectiuum nu-  
 meri singularis cum substantiuo nu-  
 meri pluralis, vt Esa. cap. 19. vers. 4.  
 אדונים קשים *adonim kaschia*, *dominorum du-*  
*rum*, id est, *durorum.*

10 Quando autem adiectiuum cū  
 substantiuo non concordat in casu,  
 sed adiectiuum in nominatiuo, sub-  
 stantiuum in genitiuo est, exponi de-  
 bet adiectiuum per superlatiuum,  
 vel comparatiuum, vt 1. Reg. cap. 21.  
 vers. 7. אביר הרועים *abbir haronghim*, *po-*  
*ens pastorum*, id est *præstantissimus*,  
 hoc est *princeps, præfectus.* Isa. cap.

29. ver. 11. חכמי יועצי *chacme jongharse*,  
*sapientissimi consiliariorum, vel sapientio-*  
*res consiliariorum.*

11. Adjectiua quoque, quę apud  
 Latinos ablatiuum regunt, apud He-  
 bręos regunt genitiuum, vt Ioel. 2.  
 ver. 5. צרור מלחמה *ngharoc milchama*, in-  
*structus pręlij*, id est pręlio, vel ad prę-  
 lium. Psalm. 24, ver. 4. נקו כפיים ובר לבב  
*neki cappaim uvarleuav*, *mundus ma-*  
*nuum, & mundus cordis*, id est, mundus  
 manibus, & corde.

12 Substantiuum quando jungitur  
 substantiuo, ferè vnum nominatiui.  
 alterum genitiui casus est, vt Eccles  
 cap. 1. vers. 1. דברו קוהלת בן דוד *divru*  
*koheleth ben David*. Verba Ecclesiasta  
 filij Dauidis.

13 Solet etiam substantiuum ha-  
 bere formam regiminis genitiui, e-  
 tiam non sequente genitiuo, sed li-  
 teris seruilibus שבלם *sciensalem*, vt Ec-  
 clesiastę cap. 11. vers. 4. מקום שיפול *me*  
*kom*

*ham scieippol, locus quo cadet.* 2. Regum  
 cap. 1. ver. 21. *הָרֵי גִלְבוֹעַ* *hare bag gilbo-*  
*angh, montes in Gelboe.* Job. cap. 18. vers.  
 2. *כִּי־שֶׁלֶט לְמִלִּין* *kinise lemillin, fines sermoni-*  
*bus.* Ezechielis capite 13. vers. 2. *נְבִיאִי*  
*נְעִיב מִלִּבִּי* *nevie millibbam, Prophetæ ex corde*  
*suo.* Idem iudicium de particulis his  
 literis significatione respondentibus,  
 ut *אֲשֶׁר אֶת* *ascier eth,* & harum simili-  
 bus. Porro frequentissimè apud He-  
 bræos genitiuus nominis substanti-  
 ui fœminini ponitur pro adiectiuo,  
 ut Exodi cap. 3, vers. 5. *אֶדְמַת קֹדֶשׁ* *ad-*  
*math kedesc, terra sanctitatis, id est terra*  
*sancta.*

14 Verbalia actionem significan-  
 tia nōnunquam casum suorum ver-  
 borum admittunt, ut *כִּי־הִפְכָת אֱלֹהִים*  
*את־סֹדֹם* *chemahapecath elohim eth se-*  
*dom, secundum euerisionem Dei Sodomam,*  
 &c. id est, sicut euertit Deus Sodo-  
 nam. Item *בְּאֵהָבַת יְהוָה אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל*  
*caahawat lehova eth bene Israel, secur-*  
Q *dum*

*dum amorem Domini filios Israel, id est, sicut Dominus amat filios Israel.*

15 Relatiuum, & antecedens apud Hebræos non possunt non conuenire, quum אָשִׁיעַ *ascier*, quod est relatiuum, sit vtriusque generis, & numeri, nec per casus declinetur.

16 Est autem diligenter notandū, relatiuum interdum omitti, ac subintelligi: sicut etiam aliquādo omititur, ac subintelligitur antecedens: interdum autem subiungi relatiuum pronomen, quod apud Græcos, & Latinos, superuacaneum videretur. Exempla, Iob cap. 19. v. 19. וְזֶה אֶהְיֶה בִּי וְזֶה אֶהְיֶה בִּי *veze ahavi nephecu bi*, & *hi* (quos, subintellige) *diligebam*, *versifunt in me.* Genesis cap. 44. vers. 1. וַיֵּצֵא וַיֵּצֵא *vaijetsau eth ascier nghal betho lemor*, & *præcepit* (ei, subintellige) (*qui super domum suam prepositus erat, dicens.* Genesis c. i. v. 11. אֲשֶׁר זָרְנְחוּ בוֹ *ascier zarngho bo*, cuius semen  
*eius*



*ejus in ipso sit.* Psalm. i. vers. 5. בְּמוֹץ אֶשֶׁר תִּדְפְּנוּ רוּחַ  
 cammots ascier tiddephennu  
*ruach, sicut gluma, quam projicit eam  
 ventus:*

### Appendix de Verbi con- structione.

1 Verbum præter normam interdum  
 conuenit genere, & numero cum posteriore  
 nomine, quod regitur, etiam si sensu cum  
 priore cohæreat. Gen. 4. v. 9. קוֹל דְּמֵי אַחִיךָ  
 צוֹעֲקִים kol deme achicha tsongha-  
 kim, vox sanguinum fratris tui cla-  
 mant, pro clamat. 1. Reg 2. vers. 4. קֶשֶׁת  
 גִּבּוֹרִים חֲתִים kescieth ghibborim chat-  
 tim, arcus fortium fracti, pro חֲתָה chat,  
 fractus.

2 Significatio verbi Habeo, effertur per  
 verbum substantiuum הָיָה haja, fuit, ut  
 apud Latinos, est mihi liber, est mihi pa-  
 ter, ut וַיְהִי לוֹ מִקְנֵה צֹאן vajehi lo mikne  
 tson, & fuit illi possessio pecoris. Scæ-  
 pe tamen hoc verbum omittitur, ut וְלִשְׂרָה  
 בֵּן vlesara ven, & Saræ filius, scilicet e-

ויר, לי ספרים רבים, li sepharim rabbim,  
mihi multi libri, scilicet sunt.

3 Verbis quæ voluntatem, facultatem-  
ve significant, additur Infinitiuus, vel potius  
Gerundium cum ל, ut לא חפצתי לקחתה lo-  
chaphatsti lekachtaha, non volui  
accipere eam: לא יכול יוסף להתאפק lo  
iacol Ioseph lehitappek, non potuit  
Ioseph continere se. Interdum tamen  
ל omittitur.

4 Infinitiuus, augenda significationis  
gratia, sui verbi præterito, aut futuro, sæpe  
proponitur: Imperatiuo verò postponitur.

וירא רעה ראתי reo raithi, viden-  
do vidi, בא יבוא bo ia-  
vo, veniendo ve-

niet, שמעו

שמעו

sciamoangh scimnghu, audite  
audiendo.



# PARS QVINTA, DE POETICA

VNIVERSE,

¶

*Sive de Metris, & Canticis recentiorum Hebraeorum.*



**V**etus quidem Poetica Mosi, & Prophetarum hoc tempore penitus ignoratur. Veruntamen recentiorum Hebraeorum Cantica rhythmicis maxime versibus constant, quales ferme à plerisque proximis hisce sæculis condebantur: quos Leoninos appellant. Quoniam tamen ipsi quoque recentiorum Hebraici versus certo aliquo tum pedum, tum syllabarum numero continentur, primum de syllabis, ac pedibus; deinde etiam de vario carminum, rhythmotumque genere differetur.

## CAPVT I.

*De Syllabis, ac Pedibus.*

**S**yllabæ aliæ longæ, aliæ breues. Longæ quæ constant vno ex decem punctis vocalibus. Breues, quæ habent sceua mobile, siue simplex, siue compositum, scilicet cateph patach, vel cateph segol, aut sciurec initio dictionis ante literas labiales בומף *bumaph*, & ante alterum sceua, quum ponitur pro i conjunctione.

2 Sceua quiescens, vt in lectione, ita etiam in carmine negligitur, cum syllabarum numerum non augeat, nisi per diæresim pronuncietur, aut per diastolen producat, vt suis locis dicetur.

3 Patach necessitatis literis gutturalibus וּמַח in extremis dictionibus additum, in carmine propriam syllabam facit. Ergo מָשִׁיחַ *Maschiach*, *Christus*, וְשִׁמְעוֹנֶה *sciomeangh*, *audiens*, tri-syllaba

syllaba habentur, quæ alioquin ratione accentus tantum disyllaba cēsentur: Idemq; de aliis eiusmodi dicendum.

4 Pedes, quibus in versibus utuntur Hebræi, duo sunt: alter dicitur תנועה *tenungha*, motio: & constat syllaba longa, ut תם *tam*, *perfectus*, לו *lo ei*. Alter dicitur יתר *jathed*, *clausus*: qui duabus constat syllabis, longa, & brevi, instar iambi, ut לך *lecha*, *tibi*, עמוד *nghamod*, *stare*, אמור *emor*, *dic*, רעה *ree*, *vide*, ופה *vphe*, & os. Porro ex his duobus pedibus, Thenungha, & Iathed variè permixtis fiunt alij quatuor, qui nobis appellantur Spondaeus -- דבר *davar*, *verbum*: Bacchius -- דברים *devarim*, *verba*: Creticus -- כורמים *coremim*, *vinitores*: Mollus -- פרשים *parascim*, *equites*. Per hos quatuor pedes, & Iambum, quippe voce, vsuq; notiores, Hebræorum carmina metiemur.

*De quibusdam versuum appella-  
tionibus.*

**H**Ebræi plerique ad finem vs-  
que carminis binos versus  
coniungunt, vt in nostris e-  
legiis, vel distichis fieri solet. Priorem  
versum, qui velut Hexametro respon-  
det, appellant דלת *daleth*, *ostium*, quòd  
per illud fiat ingressus in carmen. Po-  
steriorem, qui Pentametri loco est,  
vocant סגור *segor*, id est *clausulam*, quia  
versum claudit. Vtrumque verò con-  
iunctum nominant בית *baijth*, *domum*,  
nos distichon possumus appellare.  
Debet autem סגור *segor*, vel subscribi  
versui דלת *daleth*, vt in Latinis disti-  
chis fieri cernimus: vel si in eadem  
quoque linea, ob syllabarum pauci-  
tatem, scribatur, ita duobus crassiori-  
bus punctis distingui, vt per se singu-  
la spectari possint hoc modo:

מרים שולדת לנו חן : שירנו אוחד ירנן

*Miriam scie vvaladch lanu chen  
Scirenu othac jerannen.*

*Maria, quæ peperisti nobis gratiam, car-  
men nostrum te laudabit.*

2 Deniq; carmen continens **סוּמָה**  
*attim*, siue disticha pauciora quàm  
decem, dicitur **פּוּסָפּוּסָ** *pasuk*, compre-  
hensio, ambitus, Epigramma. Quod  
verò decem, vel plura complectitur,  
vocatur **שִׁירָה** *scira*, vel **שִׁיר** *scir*, canti-  
cum, siue carmen.

3 Tres aliæ versuum appellationes  
in proximo capite explicabuntur.

### CAPVT III.

#### *De Rhythmo versuum.*

**H** Ebraei recentiores ad sua  
carmina condienda rhyth-  
mum tamquam salem adhi-  
bere solent. Fit autem rhythmus tri-  
bus fere modis.

Rhythm  
tribus m  
dis fit.

1 Ac primus quidem modus est,  
quum solæ literæ simplices, nulla ha-

Q 5 bita

bita punctorum ratione conueniunt  
 vt דָּבָר דָּבָר *dever, davar, pestis, verbum.*  
 כּוֹס כּוֹס *cos.mas, calix, tributum.* Porro  
 hic rhythmus dicitur יוֹבֵר *nghover*  
*transiens*, seu vulgaris: quòd ita transf-  
 eat aures, vt vix agnoscatur. Rarò in-  
 uenitur, eo quòd nihil ferme, artis ha-  
 bere videatur.

2 Secundus modus est ornatior:  
 quum in integra extrema syllaba, tum  
 literæ, tum puncta conueniunt, vt  
 בֵּרֶךְ בֵּרֶךְ *berec, derec, genu, via.* Atque hic  
 appellatur רָאוי *raui, conspicuus.*

3 Tertius demum est ornatissimus:  
 quum duæ extremæ, vel plures sylla-  
 bæ literis, aut certè vocalibus simili-  
 ter cadunt. Atq; hic rhythmus pro-  
 pterea vocatur מֵשִׁיֻּצָּת *mesciuccat*, id est  
*excellens*, qui Hebræis est admodum  
 familiaris.

4 Porro in his tribus rhythmorum  
 generibus ex literis, & vocalibus,  
 quæ pronunciantur, aut sono inter  
 fe



æ sunt affines, vna pro alia non raro  
furparur, Ergo hæ syllabæ:

אה עה : בא וא פא : צא צה :

רא רה רי : רון רון :

hymnum efficiunt etiam in Can-  
ticis Eliæ, qui in hac facultate vide-  
tur facile princeps. Literæ autem affi-  
nes, similisve soni, sunt hæ:

סש : צו : כק : בו פ : רטת : אה :

Et si quæ sunt aliæ.

### CAPVT IIII.

#### *De locis Rhythmi.*

**S**ed jam videndum est, qui-  
bus locis rhythmus adhi-  
beatur. Ac primùm quidem  
egor vnus Baith, seu distichi, & Se-  
gor alterius eundem rhythmum per  
totum carmen habet: ita vt Daleth  
utriusque Baith ab omni rhythmo li-  
berum sit hoc modo:

*Elias in prefatione Tisbi.*

אהיה קל פנשר וצבי

*Daleth*

*Se-*

גַּם עַל כְּנֶמֶר אֶו לְבִיא Segor

אֲשִׁים פְּנֵי כַחֲלָמוֹשׁ Dalet.

לְעִשׂוֹת כְּרִצּוֹן אֵלֵי אָבִי Segor

Eie kal cannescier vtseui

Gam nghaz cannamer o laui

Asim panai cachallamisc

Langhasoth chirtson eli aui.

*Ero velox sicut Aquila, & Hinnulas,*

*Et fortis sicut Pardus, aut Leo:*

*Ponam faciem meam sicut petram:*

*Ad agendum iuxta voluntatem De-*  
*mei, Patris mei.*

2 Idem fit in his dimetris Latinis:

*Agamus cuncti gratias*

*Nostre salutis vindici:*

*Scelus vitemus pessimum,*

*Puri occurramus iudici.*

Vt enim hîc vindici, & iudici, ita  
ibi אָבִי *avi*, & לְבִיא *laui*, in segor rhy-  
thimum similem efficiunt.

3 Nihil verò videtur obstare, quo-  
minus etiam dalet h vnius distichi, si-  
ue בַּיִת *baith* cum dalet h alterius in  
rhy-

rhythmo finali conuenire possint.  
 Porrò hoc carmen rhythmicum vocatur קשור שיר *scir kascur*, carmen ligatum, quo Elias, & alij qui Epigrammata scribunt, frequenter vtuntur.

4 Altera rhythmici ratio est adhuc præstantior, quum Daleth, & Segor in quolibet Baith, siue Disticho eundem rhythmum finalem habent, vt

אֶשָׂא לְבִי גַם בַּפִּים Daleth

אֶל־הַיּוֹשֵׁב בַּשָּׁמַיִם Segor

מִכָּל־רָעָה יִצִּילֵנוּ Daleth

בִּיּוֹשֵׁנוּ תַמִּיד עֲזָרֵנוּ Segor

Essa libbî gam cappaim,

El hajosciev basciamaim

Miccol rangha iatsilenu

Chi iescno tamit nghezrenu.

*Extollam cor meum, & manus meas*

*Ad sedentem in caelis:*

*Ex omni malo eruet nos,*

*Quia ipse est semper auxilium nostrum.*

5 Atque hoc carmen κατ' ἐξολωῶ  
 dicitur קשור חרוזי *scir charuzi*, carmen rhy-

thmicum, in quo vel singula Battim suum rhythmum habere possunt, vt in duobus proximis videre licuit: vel omnes versus, ad extremum vsque carmen, eundem planè rhythmum retinent, atq; ita similiter, desinunt. Exemplo sit secundum Canticum Eliæ, in quo versus omnes, qui numero sunt octo ac viginti, exeunt in תי. Quidam carmen קשור *kasciur*, & חרוזי *charuzi*, paulò aliter explicant. Verùm quæ diximus, ex Eliæ sententia, atque aliorum, Poëticae Hebraica magis videntur accommodata.

7 Tertia rhythmi ratio est quum duo Battim siue Disticha ita construantur, vt vtriusque Segor eundem rhythmum finalem sortiatur, vt fit in carmine *kasciur*: vtrumque verò hemistichium prius cuiusque segor similiter desinant, quæ dicuntur tres pausæ.

*Elias Cant. 5.*

אֲתוּהָ אֶתְדַעֵי בְשֵׁם הַאֵל רֹעֵי

וְהוּ יִתֵּן יִשְׁעוֹ לְיֹשֵׁר מַעְגָּלִים:

לְכַבֵּי אֲדוּרַי וְיִקְרֹק אֲבוּי

בְּרִגְשׁ אֲצִיעַ פְּרָטִים וּכְלָלִים

achave eth denghi besciem hale  
ronghi

ehu ittē ifcngghi lejasscier mangha-  
galim

evavi odiangh vedikduk abbiangh  
eraghesc attsiangh peratim uchela-  
lim.

*edicabo scientiam meam, in nomine Do-  
mini pascentis me.*

*Et ipsa dabit auxilium mihi ad dirigendos  
calles.*

*lor meum erudiam, & Grammaticam e-  
ruetabo,*

*De raghes proponam propria, & vniuersa.*

8 Simile quiddam cernitur in his  
Latinis,

*quamquam tacet, multis placet,*

*arò jacet vir optimus.*

*quicquid loquetur, despicietur,*

*Nec coletur pessimus.*

9 Huius porrò generis carmen ap-  
pellatur שיר מחלק scir mechullak, car-  
men diuifum.

C A P. V.

*De carmine simplici, & composito.*



X illa priore diuifione pedū  
Hebraicorum duplex genu  
carminis oritur. Nam quoc  
è solis תנועה tenunghoth, id est syllabi  
longis constat, neque vllum sceu  
mobile recipit, vocatur פשוט pasciu  
simplex. Huius tantum vnum genu  
vfitatum reperitur, quod spondæi  
quatuor constat.

*Elias Cant. 2.*

אֲשִׁירָה נָה שִׁיר נִכְבְּדוֹת  
בְּאֵר הֶטֶב וּבְלִי חִידוֹת

Afcirana scir nichbadoth  
Baer hetev uveli chidoth.

*Cantabo iam canticum rerum grauium,  
Explicando bene, & sine enigmate.*

Appellatur etiam carmen quadra  
tur

tum, eo quòd ex duabus quadratis dimensionibus constet.

2 Quòd autem partim ex תנועות *tenunghoth*, partim ex יותר *iated*, conflatur, dicitur שיר מורכב *scir murechav*, carmen compositum. De cuius generibus, ac dimensionibus proximo capite agemus.

## CAP. VI.

*De duodeviginti generibus carminis compositi.*

**P**Rimū quidem Iambo constat & Spondæis duobus.

קצתם עתיקים

קצתם נחשלים

Ketsatham nghartikim

Ketsatham nechscialim.

*Quidam eorum ( sunt ) fortes,*

*Quidam eorum infirmi.*

2 Secundum Spondæo, Iambo, & Spondæo.

רפה בהתחלה

R

רע

יִרַע בְּעֵינֵי אֱלֹהִים

Raphe behithpallel  
Ierangh benghene el.

*Remissus in precando*

*Displicebit in oculis Dei.*

3 Tertium Spondæo, Bacchio, &  
Iambo.

בָּרָא אֱלֹהִים אִנוֹשׁ

בְּגַן מְרִימוֹ לְרוֹשׁ

Bara elohim enosc  
Baggan merimo larosc.

*Creavit Deus hominem*

*In horto, extollens eum in principem.*

In fine Segor, seu clausulæ, muta-  
ret etiam Iambus in Spondæum, v  
hîc vides.

4 Quartum constat Cretico, Spō  
dæo & Iambo.

טוֹב יְהוֹשׁוּעַ שְׁלַח לִי

חֶנֶךְ קְרוֹשׁ בְּלִבִּי

Tou iehosciuangh scielach li  
Chinnecha kadosc belibbi.

*Bone Iesu mitte mihi*



*Gratiam tuam sanctam in cor meum.*

5 Quintum Spondæo, & duobus  
Bacchiis.

יבש בקראי גרוני

דבק לחכי לשוני

Iavesc bekorei gheroni

Davek lechicchi lescioni.

*Aruit in clamore meo guttur meum.*

*Adhasit faucibus meis lingua mea.*

6 Sextum Spondæo, Iambo, &  
duobus Spondæis.

קומה אלהים עזרתה

לי וענה בצרתה

Kuma elohim nghezratha

Li vanghane battsaratha.

*Surge Deus in auxilium*

*Mihi, & exaudi in tribulatione.*

7 Septimum Iambo, Spondæo,  
Iambo, Spondæo.

אשר ילך בררך רע

אבל קול צורריו ישמע:

Afcier ielec bederec rangh

Avalkol tforarau iscmangh.

*Qui ambulat in via mala*

*Sanè vocem hostium (demonum) suorum audiet.*

8 Octauum Iambo, duobus Spõdæis, & Bacchio.

מְהַלֵּל לְעוֹלָם אֱלֹהִים

אֲשֶׁר עָשָׂה עִמִּי חַסְדִּים:

Mehullal langholam elohim

Afcier nghafa nighimmi chasadim

*Laudandus in æternum Dominus,*

*Qui fecit mecum misericordias.*

9 Nonum quatuor Creticis.

כֹּל אֲשֶׁר מַעֲשֵׂי גִדְלָךְ יִדְעוּ

בְּאֵמֶת וְחֶמְדָּךְ טוֹבָךְ שְׂבַחֲךָ:

Col ascier manghase gudlecha ia denghu

Beemeth vachamud tuvecha scivchu.

*Omnes, qui opera magnitudinis tue intellexerunt,*

*In veritate, & desiderio bonitatem tuam predicauerunt.*

10 Decimū Iambo, duobus Spõdæis

æis, Iambo, & Spondæo, tametsi  
 primo loco Spondæus, secundo etiã  
 Iambus esse potest.

בְּשֵׁם אֱלֹהֵי הַגִּיּוֹן לְשׁוֹנְנוּ

בְּעוֹד רוּחַ חַיִּים בְּאַפְנוּ

Besciem el chai hegjon lescionenu  
 Benghod ruach chajim beappenu.

*In nomine Dei viui sermo lingua nostra  
 Quandiu spiritus vitæ in naribus nostris.*

11 Undecimum Spondæo, Iambo  
 Spondæo, Iambo, & Molosso, vel  
 Spondæo.

עַת שְׁעָרֵי רָצוֹן לְהִפְתֹּחַ

הַיּוֹם אֱהִי כַפֵּי לְאֵל שׁוֹטֵחַ

Ngheth scianghare ratson lehippa-  
 theach

Hajiom ehi cappai leel scioteach:

*Tempus (est ut) portæ bonæ voluntatis a-  
 periantur,*

*hodie ero manus meas ad Deum expan-  
 surus.*

12 Duodecimum Iambo, vel Spon-  
 dæo, Spondæo, vel Iambo, Iambo,

R 3 Spon-

Spondæo, Bacchio.

ראו ספר בהוד שפר ויפיו  
פני רעיו מביש הו ומלכין:

Reu sepher behod sciepher vejophjc

Pene reng hau mevajjeschu umalbit

*Intuemini librum in magnificentia, decore*

*& pulchritudine eius,*

*Facies suorum sociorum confundit, & pal-*

*lidas reddit.*

Elias in radicibus Kimchi. Sec  
abest rhythmus.

13 Tertiumdecimum binis Spon  
dæis, & Iambis alternis, & Iambo.

כפא אבי קהל ושר עליון  
מכל שליחים עם עזר אביון:

Chepha aui kahal vefar ngheljon

Miccol scielichim nghan nghanzo

evjon. /

*Petre pater Ecclesie, ac Princeps excelsæ*

*Præ omnibus Apostolis, populum iuua-*

*pauperem.*

14 Quartumdecimum constat e  
quinque Bacchis.

לְדַבֵּר תְּהִלּוֹת לְמִירָם לְכוּ כָל מְשִׁיחִים  
וְהִי יִלְרֶה אֱלֹהִים בְּתַמּוֹת בְּתוּלִים:

Ledabber tehilloth lemirjam lecu col  
mescichim

Vehi ialeda elohim bethummoth  
bethulim.

*Ad dicendum laudes Mariae venite omnes Christiani,*

*Quia ipsa peperit Deum in integritate virginitatis.*

15 Quintumdecimum componitur ex primo: cuius idcirco metrum tantum duplicatur.

--- | --- | -- v | --- | --- | -- v

Huius generis duo disticha allata sunt supra extremo capite quinto, numer. 7. ex Elia cantico quarto pro carmine מְחַלֵּק *mechullak* sive diuiso: cuius initium אַחַוֵּה *achavve*, indicabo, &c. quæ est tertia rhythmici ratio.

16 Sextumdecimum ternis Spondæis, & Iambis alternis constat: hoc est Spondæo Iambo, Spondæo Iam-

R 4 bo,

bo, Spondæo Iambo.

לִי הַעֲזֹר אֱלֹהֵי יִחוּק  
הַנָּה בְּלִי עֲזֻרְתְּךָ אֵינֶנּוּ לְרִיקוֹ

Litanghazor eli vejadi iächazik

Hinne beli nghezrathecha igangh  
lerik.

*Me juna Deus meus , & manum meam  
confirma,*

*Ecce sine ope tua laboro inaniter.*

17 Septimumdecimum Bacchio,  
Iambo , Spondæo, Bacchio, Iambo,  
Spondæo.

אֱמֶת אֵל אֱמֶת אַתָּה וְאִם-לֹא רָאִיתִיךָ  
וְאוֹלָם בְּרוּב טוֹבְךָ בְּכֹל-עֵת חֲסִיתִיךָ:

Emeth el emeth atta veim lo reithi-  
cha

Veulã berov tuvach bechol ngheth  
chafithicha.

*Veritas es tu Deus , veritas ( inquam )  
quòd si non te vidi.*

*Tamen in multitudine bonitatis tue sem-  
per speravi in te.*

18 Duodeuigesimum , & postre-  
mum

num conflatur è Spondæo, Iambo,  
duobus Spondæis, Iambo, vel Bac-  
chio, & Spondæo.

אֶת־רוּחְךָ קְרוֹשׁ אֲנֵה שְׁלַח בְּנוֹ

כִּי־הוּ יִשְׁמַח בְּדַד בְּאֵמֶת לִבְנוֹ

Eth ruchacha kadofc ana scielach  
banu

Chi hu iesammach badad becmeth  
libbenu.

*Spiritum sanctum tuum ( Deus ) obsecro  
mitte in nos,*

*Quia ipse exhilarat duntaxat verè cor no-  
strum.*

### Admonitio.

I Hæc ferè sunt carminum genera, quæ  
ab insignibus auctoribus vel vsurpata sunt,  
vel ad vsum scribendi proposita. In quibus  
si se hebraicæ linguæ studiosus exercere  
velit, præstat à quadrato, siue simplici,  
omniumq; facillimo initium facere, atque  
inde ad vnum, seu plura ex compositis pro-  
gredi, quæ cuiusque ingenio maxime ac-  
commodata videbuntur.

2 *Sunt qui velint cuius liberum esse noua, & à superioribus diuersa carminum genera sibi excogitare. Verùm quum tot, ac tam varia sint nobis iam à viris peritissimis huius linguæ proposita, tutius erit horum se imitatore[m] profiteri, quàm esse noua, ac fortasse temerariæ artis auctorem.*

## CAPVT VII.

*De figuris versuum Hebraicorum.*

**H**Abent & Hebræorum versus suas figuras: quarum nomina, & proprietates ex Latina prosodia iam nota esse omnibus debent.

I. *Synæresis.*

1 Reperitur hæc figura potissimum in sceua simplici mobili, atque in vtroque composito, cateph patach. & cateph segol. De quibus hæc dua regulæ proponuntur.

2 Prima, Sceua simplex sub litera initiali, sub daghessata, & post punctum



Etum longum, frequenter cum se-  
quente puncto coalescit, & cum eo  
vnam syllabam efficit, vt ex his tri-  
bus quadratis Eliæ versibus ( Cant.  
2.) intelliges.

בְּמִקוֹם שׁוּרֵק שְׁלוֹשׁ נְקֻדוֹת

Bimkō sciurek icialosc nekuddoth.

*In loco sciurek tria puncta, id est kibbutz.*

Hic vox נְקֻדוֹת nekudoth habens  
sceua initiale, spondæum efficit; ac  
si scriptum esset נְקֻדוֹת nukdōth dissyl-  
labum.

וַאֲבֵאֵר עֶשֶׂר הַנְּקֻדוֹת

Vaavaer nghefer hannekuddoth.

*Et explicabo decem puncta.*

Vox הַנְּקֻדוֹת hannekuddoth habens  
sceua daghessata, trisyllaba est, quasi  
הַנְּקֻדוֹת. De trisyllaba vide sequentem  
regulam.

רַק אִם-בְּטַעַם הֵן עוֹמְדוֹת

Rak im battangham hen nghome-  
doth.

*Nisi quando cum accentu consistunt, id est*

vocales.

Vox עֵמְרוֹת *nghomedoth* habēs sceua post longam vocalem, spondeum efficit, ac si esset עֵמְרוֹת.

3 Secunda, Vtrumque sceua compositum, cateph patach, & cateph segol, eodem modo, quo simplex, cum sequente puncto coalescit, & in vnam syllabam contrahitur. Vtriusq; exemplum habes in hoc versu quadrato Eliæ, Cant. 2.

רַפּוֹת אַחֲרֵי הֵן נִאֲגָדוֹת

Raphot achare hen neeghadoth.

*Raphata tum congregantur.*

Hic vox אַחֲרֵי disyllaba est, quasi אַחֲרֵי *achre*, & נִאֲגָדוֹת trisyllaba, quasi נִאֲגָדוֹת *negadoth*. Huc etiam spectat vocabulum וַאֲבֵאֵר paulò ante in exemplo propositum. Est enim ex hac regula trisyllabarum, perinde ac si scriberetur וַאֲבֵאֵר *vabaer*.

2. *Diæresis.*

1 Sceua quiescens post punctum breue,

breue, nonnunquam metri necessitate fit mobile, ita vt à suo puncto, & litera præcedente, cum qua in vna syllaba cohærebat, penitus distrahat, vt

כלם באחד נחלקו וי־היו  
Cullam cheechad nichleku vaji heju.

*Omnes sicut vnus diuiduntur, & erunt,*

*&c.* Hic וי־היו fit quadrisyllabum pro

וי־היו vaji ju, trisyllabo. Est enim car-

men generis xvj.

### 3. *Ectasis, siue Diastole.*

ו initialia positum pro ו copulatiuo, per hanc figuram ( siue sequatur sceuata litera, siue non ) producit, vt Cant. 2. quadrato Eliæ.

באר השב וכלי חירות

Baer hetev uveli chidoth.

*Explicare bene, & sine enigmate.*

Et ibidem, ומדגש הן נפרדות

Vmiddaghesc hen niphradoth.

*Et à daghes separantur.*

In priore versu וכלי, & in posteriore ומדגש producit ו initialia, quod alio-

alioquin breuem syllabam facere solet, vt diximus supra cap. 1. nu. 1. huius partis.

2 Scea simplex mobile produci videtur in voce בִּיּוֹר Cant. 7. Eliæ, disticho 9. quod est decimi generis carmen.

וְכַאֲשֶׁר בִּיּוֹר יִהְיֶה חִירֶק

Vechaascier bei od jie chirek

*Et quando in Iod fuerit chiric.*

Nisi malis elidi Iod, & patach sceua produci, quod minus probabile videtur.

#### 4. *Tmesis duplex.*

*Prior.*

1 Hebræi suos versus non semper continenti, & omnino cohærenti syllabarum serie scribunt, more Latinorum: sed singulos pro pedum multitudine, modò in duas, modò in tres, modò in quatuor regiones, seu spatia diuidunt, salua tamen eadem prorsus integritate, & ratione metrica.

ca. Atque harum regionum initium  
plerumque facit יתך siue Iambus, qui  
partes versus aliquo interuallo di-  
tinguit, vt Elias Cant. 1.

אֲשֶׁה לְכַבִּי נָא אֱלֹהֵי כַפַּיִם

אֶל־אֱלֹהֵי אֲשֶׁר חֲסָדוֹ בְּהַשְׁמַיִם

Essa leuauai na ele cappaim.

El el ascier chafdo, behasciamaim.

*Leuabo cor meum nunc ad manus*

*Ad Deum cuius misericordia in calis.*

Nota ה demonstratiuum post כ  
n voce vltima.

2 Quòd si יתך hîc incidat in me-  
dian dictionem, distrahitur illa per  
Tmesin interposito signo conjun-  
tionis instar maccaph, & quicquid  
est ante illud יתך cum antecedentibus  
connectitur: ita vt יתך sit initium no-  
uæ regionis, vt in his tribus exemplis  
videbis Eliæ, Cant. 7.

שָׁבַע זֶה יֵצֵא מִבְּלַל הַנָּה

Scieua ze ietse mi velal hinne.

*Scieua transgreditur regulam hanc ecce.*

יְקַדְמוּהוּ חֲמִשָּׁה הַגְּדוֹלִים

Iekadmuhu chamiscia hagghedolim

*Præcedent ipsum quinque magna.*

לִי יִצְוֹר כַּיּוֹם יִצְוֹר יִצְוֹר

Li janghazor caijō vejadi ia chazik.

*Mihi auxiliabitur iuxta diem, & manus meam roborabit.*

3 Idem fit in carmine quadrato ob solam versus aliquam distinctionē, etiam si illud Iambum non habeat, vt Cant. 2.

אוֹתוֹ מְנִיעוֹת וּמְנִיעוֹת

Otho meni nghoth vmenaddoth.

*Ipsum mobile reddunt, atque commouent.*

Prior hæc Tmesis ad vnam sc̄riptionis elegantiam videtur pertinere.

*Posterior Tmesis.*

4 Integra dictio interdum ita distrahitur, vt prior illius pars præcedentem versus finiat, posterior verò sequentem inchoet, vt Cant. 1. Elijæ. disticho 4.

הלוך ורין נקוד ואותיות ומשך

פטם לאור אוציה כצהרים

Hilluc vedin nikkud veothijoth v-  
misc.

patam leor otsi chetsaharaim.

*Usum, & ius punctationis, & notarum,*

*Et iudicium eorum in lucem proferam, ut  
meridiem.*

5 Sic apud eundem Cant. 4. disti-  
cho 6. distrahitur in duobus versibus  
hæc vox וְשִׁלֵּם & felicitas.

6 Verùm hæc posterior Tmesis  
minus frequens est in carmine: in o-  
ratione autem soluta locum non ha-  
bet, etiamsi apud Latinos, Græcosq;  
nusquam non obuia sit. Hebræi e-  
nim, quando vnus versus, vel, vt ap-  
pellant, linea orationis solutæ voca-  
bulum integrum ob spatij angustias  
capere non potest, relicta, ibi vna,  
vel pluribus ejus literis tanquam ob-  
sidibus, totum in proximè sequenti  
versu seponunt, hoc modo:

פ קמץ הגדול נקרא כי האדם יקמץ

ו פיהו במבטאו והו מורכב מהפתח

והחולם תחת האות כמו ו ו ח

Kamets haggadol nikra chi haadam  
ikmats

Pihu bammivtao vehu murcav me-  
happathach

Vehacholem tachath haoth chemc  
va za cha.

*Kamets magnum vocatur, quia hom  
colligit os suum in prolatione ipsius. Est au  
tem compositum ex patach, & cholem, su  
litera, ut va, za cha.*

*Quotatio.*

*Si syllaba, hac posteriore Tmesi refecan  
da, habeant daghes forte, non fit distra  
ctio: sed integra dictione ibi relicta (eo quod  
daghes forte initio sequentis versus profer  
non possu) ille prior versus fit hypermete  
syllabam habens superuacaneam: qua t  
men referenda sit ad initium sequen  
versus, cuius iccirco prima syllaba desia  
ratur.*



ישמח ויש בנבור

עת שלוף חרבו

Ismach vejascisc cheghibbor

Ngheth scieloph charbo.

*Caudebit, & exultabit sicut Cigas*

*Tempore educendi gladium suum.*

9 In hoc disticho, quum dalet sit tertij generis, superest syllaba בור addenda sequenti segor: cui vna deest syllaba, quum sit secundi generis. Eiusmodi tamen hypermetri versus cognoscendi sunt studiosis potius, quam imitandi.

C A P. V I I I.

*De coniunctione versuum diuersi generis, & de casura.*

**H** Tsi in carminibus Hebræorum plerumque ad finem vsq; , tùm daleth, tùm segor, atque adeò omnes versus ejusdem sunt generis, vt Latinorum, & Græcorum hexametri, tamen licèt etiam

interdum duo versuum genera vno disticho *באי* ita conjungere, vt Daleth suum genus habeat propriū, & Segor similiter suum more elegiarum: in quibus prior versus est hexameter, posterior verò pentameter.

2. Ergo si Daleth, & Segor vnus sint generis, carmen dicetur Monocolon: si duorum, Dicolon. Trium verò vel plurium generum versus vix conjungi solent propter rhythmum.

*Exemplum Distichi Monocoli.*

*Elias Cant. 8.*

חֲזַק וְאַמֶּץ בְּנֵי וְלִמּוֹד וְזִמְרָה זָה  
מִפֶּרֶשְׁדֵּינָם מִשֶּׁרֶת לְמַלְכִים

Chazek veemats beni vlmoud zemiaz  
ze

Meparese din mesciareth li melachim.

*Confortare, & esto robustus fili mi, & discite canticum hoc,*

*Quod exponit iudicium ministrans ( ministrantium ) regibus.*

Hic tùm Daleth, tùm Segor sunt  
carmina secundi generis.

*Exemplum Distichi Dicoli.*

*Elias Cant. 3.*

עֹד יֵשׁ נִקְדָּה וּמִשְׁרָת לְכוֹלֵם הֵן עֹד

אֲשׁוּרֵר בָּהּ שִׁירוֹת נַעֲמוֹת

Nghod iesc nekudda vmesciareth  
lechullam hen nghod.

Asciorer ba sciroth nenghamoth.

*Est quoque punctum, quod omnibus seruit:*

*Et adhuc canam de eo cantica plura.*

Hic Daleth est generis duodevigesimi: Segor verò octavi.

3 Cæsurae nulla, vel certè perexigua, habetur ratio, quum sæpe singulis pedibus singula vocabula tribuantur præsertim quæ à sceua mobili inchoantur. His enim tanquam incisis, ac membris Hebræi distingui versus elegantes existimant. Quare, si adsit cæsura, vsurpanda, si absit, haud laboriosè quærenda.

FINIS.



EXERCITATIO  
GRAMMATICA

IN PSALMVM

XXXIII.

Secundùm Hebræos xxxiiii.

3

AUCTORE

*R. P. Roberto Bellarmino Societatis Iesu,  
jam S. R. E. Cardinali.*

---

Numeri, qui in hac Exercitatione  
passim citantur, nostræ Grammaticæ  
respondēt: quorum primus partem,  
secundus caput, tertius particulam,  
seu paragraphum capitis indicat.



*Psalmus Alphabeticus trigesimus-  
tertius, secundum Hebraeos  
trigesimus quartus.*

מזמור לד

לְדוֹד בְּשִׁנּוֹתָיו אֶת־שִׁעְמוֹ לִפְנֵי אֲבוֹמֶלֶךְ  
וַיִּגְרָשׁהוּ וַיִּלְךְ:

בְּרַכְּהָ אֶת־יְהוָה  
בְּכָל־עֵרַת תְּמִיד  
תִּהְלֹתוּ בִּפְיוֹ:



בִּיהוָה תִּתְהַלֵּל נַפְשִׁי וַיִּשְׁמְעוּ  
עַנְוִים וַיִּשְׁמְחוּ: גְדֹלוֹ לִיהוָה  
אֲתִי וּגְרוֹמָמָה שְׁמוֹ יִחַדּוּ:

דַּרְשֵׁתִי אֶת־יְהוָה וְעַנְיִי וּמִכָּר  
מִגִּדְרוֹתַי הֲצִילֵנִי: הַבִּיטוּ אֵלָיו

S 4

והב

וְנִהְרֹוּ וּפְנֵיהֶם אֶל־יַחֲפָרוּ׃  
 זֶה עֵינִי קָרָא וַיְהוּה שָׁמַע וּמִכָּל־  
 צָרוֹתָיו הוֹשִׁיעֵנִי׃ חוֹנָה מִלְאֲנָה  
 יְהוּה סָבִיב לִירְאָיו וַיַּחֲלֵצֵם׃  
 טַעֲמוּ וּרְאוּ כִי־טוֹב יְהוּה אֲשֶׁר־  
 הַגִּבֹּר יַחֲסֶה־בּוֹ׃ יִרְאוּ אֶת־יְהוּה  
 קְדוֹשֵׁיו כִּי־אֵין מַחֲסוֹד לִירְאָיו׃  
 כִּפְיֵיהֶם רָשָׁו וְרַעְבוּ וְדוֹרְשֵׁי יְהוּה  
 לֹא־יַחֲסְרוּ כָּל־טוֹב׃ לִכְו־בָּנִים  
 שָׁמַע־לוֹ יִרְאֵת יְהוּה אֱלֹמֵדָבָר׃  
 מִי־הָאִישׁ הַחֲפִיץ חַיִּים אֹהֵב וּמִים  
 לְרֵאוֹת טוֹב׃ נִצּוֹר לְשׁוֹנֵךְ  
 מֵרַע וּשְׁפָתֶיךָ מִדְּבַר מֵרָמָה׃  
 סוֹר מֵרַע וַעֲשֵׂה־טוֹב בְּקֶשׁ שְׁלוֹם  
 וְרַדְפָּהוּ׃ עֵינֵי יְהוּה אֶל־צַדִּיקִים

וְאֲנִי אֶל-שׁוֹעֲתָם׃  
 פְּנֵי יְהוָה בַּעֲשׂוֹי רַע לְהַכְרִיחַ  
 מֵאֶרֶץ זָכָר׃ צַעֲקוּ וַיְהִי  
 שָׁמַע וּמִכָּל-צָרוֹתָם הִצִּילָם׃  
 קָרוֹב יְהוָה לְגַשְׁבְּרֵי-לֵב וְאֶת-  
 דְּבַאי-רוּחַ יוֹשִׁיעַ׃ רַבּוֹת רַעוֹת  
 צְדִיק וּמִכָּל יִצְלָגוּ יְהוָה׃  
 שׁוֹמֵר כָּל-עֲצֻמוֹתָיו אַחַת מֵהֵנָּה  
 לֹא נִשְׁבָּרָה׃ תְּמוֹתַת רָשָׁע  
 רַעַה וּשְׁזָנְאֵי צְדִיק יֵאֱשָׁמוּ׃  
 פּוֹדֵד יְהוָה נַפֶּשׁ עַבְדּוֹ וְלֹא  
 יֵאֱשָׁמוּ כָל-הַחֹסִים בּוֹ׃



# EXERCITATIO

## GRAMMATICA IN

PSALMVM XXXIII.

*Secundum*

*Hebraeos trigesimumquartum.*

ו

VERSUS I.

Semper tempore omni in Dominum Benedicam

תמיד

*tamid*

בְּכָל־עֵת

*nghet chol be*

in ore meo.

בְּפִי

*vephi.*

אֶת־יְהוָה

*Adonai eth*

laus eius

תְּהִלָּתוֹ

*tchillatho*

אֲבָרְכָה

*Au. recha*

אֲבָרְכָה ] *Benedicam.* Est prima persona singularis futuri à verbo בָּרַךְ in conjugatione Piel. Itaque prima litera א est formatiua primæ personæ futuri, vide in Grāmatica, parte 3, cap 2. nu. 8. Deberet autem hæc litera habere sub se sceua simplex, id enim requirit coniugatio Piel: tamen habet sceua compositum, quia literæ gut

tu



rales , qualis est N, non patiuntur  
 ab se initio dictionis sceua simplex.  
 vide par. 1. cap. 2. nu. 2. Secunda lite-  
 ra א est prima radicalis , & habet sub  
 e camets, non patach , vt coniuga-  
 o Piel requireret , quia sequens lite-  
